

17

6

me exitimas loqui quod oculus non potest nec
auris audiuit &c. Nec inquit. reuelauit Deus
per Spiritum suum ad Cor. 2. Ergo quæ supra
sunt, non verbo docentur. sed spiritu reuelantur.
Veram quod sermo non explicat, consideratio
quærat. oratio expectat. mereatur. uita, puritas as-
sequatur. Sanè eorum admonitus quæ supra sunt,
non te existimes miti à me suscipere solem, in-
nam, stellas &c. Ista siquidem omnia estis supra
loco, pretio infra sunt & dignitate naturæ. Sunt
enim corpora cui portio spiritus est. Angeli fan-
ta & Deus supra te sunt. Deus natura, angeli gra-
tia. Idem in eodem distinguit quatuor species
contemplationis respectu dei, his uerbis: Prima
& maxima contemplatio est. admiratio maiesta-
tis. Hæc requirit cor purgatum, & à uitijs libe-
rum atq; exoneratū peccatis, ut facile ad super-
na leuet: Interdum quoq; per aliquas morulas
supore & extra suspensum teneat admirantem.
Secunda autem necessitas est huius. Est enim in-
tuus iudicia Dei, quo sanè pauido aspectu Deum
vehementius concutit intuentem, fugat uisa,
fundat uirtutes, inicit ad sapientiam, humilita-
tem seruat. Virtutum siquidem bonum quod-
dam ac stabile fundamentum. humilitas: nempe
si nutes, illa virtutum aggregatio non nisi uina
est. Tertia contemplatio occupatur vel potius
oritur circa memoriam beneficiorum: & ne di-
mittat ingratum, sollicitat memorantem ad amo-
ram benedictoris. Quarta, quæ retro sunt obli-
scens, in sola requisit expectatione promif-

§ Ordo supra ratione est, & videtur esse duo in
ratione. § Duo itaq; sunt in imaginatione. Duo in
ratione, duo in intelligentia. Inaginatione,
cū obfuscescentes attingimus corpalia ista, quæ
sensu corporeo haurimus quam sin multa, quam
magna, quam diuersa, quam potentia, vel insida.
Et in his omnibus creaturis alius superestentia
potentia sapientia, munificentia miratio uenera-
mur. Tunc contemplatio nostra in imaginatione
versatur: & secundum solam imaginationem for-
matur, sed liberè
quædam nihil arg
mens nostra huc
spectaculorum ge-
nus est, quæ ad
pertinere iam di-
tinus, imò inue-
admiratione ad
earum ratione, o-
cuiusq; rei causa
speculamur, mir-
per rerū uisibilibus
lium speculationem subleuamur. § Quartum est,
quando semoto omnis imaginationis officio, illis
solis animus intedit quæ imaginatio non nouit,
sed quæ mens ex rationatione colligit vel per
rationem comprehendit: ut quædam inuisibi-
lia quæ per experientiam nouimus, & ex
capimus, in consideratione adducimus, & ex
consideratione in celestium animarum & supernarum
danorum intellectum obtemperamus. At assurgimus,
Quin

5417

cap 75

os nunc de parte ad totum, nunc a toto ad par-
 tem considerationis sue agilitate discurrit, & ad
 id quod sciti oportet, nunc à maiori, nunc à mino-
 ri argumentū trahit. Modo autem in hanc, modo
 in oppositā partem diuertit, & contrariorū noti-
 tiam ex contrariorum scientia elicit, & pro vario
 oppositorū modo ratiocinationis sue executio-
 nem consequent variare. Aliquando in antiora
 currit, & subito in posteriora redit, modo ex affe-
 ctibus, modo ex causis & qualibuscunq; antece-
 dentibus vel consequentibus cuiuslibet rei modū
 vel qualitate deprehendit. Quandoq; vero quasi
 in gyrum speculatio nostra ducitur, dum vnicuiq;
 rei quæ sint cum multis cōmunia considerantur,
 dum ad vnam quamlibet rem determinandam,
 nunc à similibus, nunc à similibus se habentibus
 seu cōmuniter accidentibus, ratio trahitur, & asse-
 gnatur. Tunc autem in vno eodemq; loco cōfide-
 rationis nostræ defixio quasi immobilis sistitur,
 quādo in qualibetq; rei esse vel proprietate per-
 spicienda atq; miranda cōtemplationis intentio
 libenter immoratur. Modus cōtemplationis qui
 quodammodo fieri solet, ante & retro insinuat
 Bezsch. i. libant animalia, & reuertebantur in fini-
 litudinem fulguris cōruccant. De illo qui quasi
 fursum & deorsum est, dicitur in Psal. Ascēdunt
 vsq; ad celos & descendunt vsq; ad abyssos. De
 illo qui est velut in gyrum, dicit Propheta. I. cui
 in circuitu oculos tuos, & vide. Esa. 60. ¶ Dein-
 de distinguit species contemplationis his verbis:
 Species sunt cōtemplationis genera. ¶ Primum est, in
 iung

45
 246

apertus. Vt posterior cō-
 templatio
 bus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, subimi-
 tas, & profundum. Longitudinem, inquit, appre-
 hendit mediatio promissorum. Latitudinem, re-
 cordatio beneficiorum. Sublimitatem, contem-
 platio maiestatis. Profundum, inspectio iudicio-
 rum. Idem in eodem libro : Deus est longitudo,
 latitudo, sublimitas, & profundum. Res vna est
 longitudo propter æternitatem, latitudo propter
 charitatem, sublimitas propter maiestatem, pro-
 funditas propter sapientiam. Ista non disputatio
 comprehendit, sed sanctitas. Sanctum facit affe-
 ctio sancta, & ipsa gemina timor Domini san-
 ctus, & sanctus amor. His perfectè affecta anima
 veluti quibusdam duobus brachijs comprehen-
 dit, amplectitur, stringit, tenet, & ait: Tenet eam,
 nec dimittam. Et timor quidem sublimi & pro-
 fundo, amor lato longq; respondet. Quid tam
 timendum, quā potestas, cui nō potes resistere,
 quā sapientia, cui abscondi non potes? Potest
 rat minus timere Deus altitudo carens: nunc
 autem perfectè oportet timeas illum, cui nec ocu-
 lus deest omnia videns, nec manus omnia po-
 tens. Item quid tam amabile quā amor ipse
 quo amaris? Amabiliorem tamen iuncta æter-
 nitas facit, quæ dum non excidit, foras mittit
 suspitionem. Suspenda planè sublimitas mae-
 statis, pauca abyssus iudiciorum, feruorem
 exigit charitas, æternitas perseverantiam susti-
 nendi. ¶ Richardus de sancto Viſore in libro de
 contemplatione, distinguit inter contemplatio-

per ardua vice sæpe & aspera ad directionis finem cum magna animi industria nititur. Contemplatio libero volatu quocunq; eam fert impetus, mira agilitate circumfertur. Cogitatio serpente, meditatio incedit, & vt multum currit contemplatio, ante omnia circūvolat. Cogitatio est sine labore & fructu: in meditatione est labor cum fructu. Contemplatio permanet sine labore cum fructu. In cogitatione euagatio, in meditatione inuestigatio, in contemplatione admiratio. ¶ Deinde aria predicta sic describit: Contemplatio est libera mentis perspicacia in sapientie spectacula cum admiratione suspensa. Vel contemplatio est perspicax & liber animi contuitus, in res perspicendas vsquequaq; diffusus. Meditatio verò est studiosa mentis intentio circa aliquid inuestigandum diligenter insistens. Vel sic: Meditatio est prouidus animi obtuitus in veritatis inquisitione vehementer occupatus. Cogitatio autem est improuidus animi respectus ad euagationem pronus. ¶ Distinguit etiam inter contemplationem & speculationem his verbis: Quamuis contemplatio & speculatio pro inuicem poni soleant, aptius tamen speculationem dicimus quādo per speculum cernimus: Contemplationē verò quando veritatem sine aliquo inuolucro vmbraŕūq; velamine in sui puritate videmus. Et sic contemplatio valde stricte accipitur. Commune est, tam contemplationi quā meditationi circa vilia occupari & in sapientie vel scientie studijs versari.

nummorum inquitur nobis impendit, tam cogitatio in meditationem transit. Item veritatem diu quæsitam tandemq; inuentam, mens foret cum quiditate suscipere, mirari cum exultatione, eiusq; admiratione diutius inhzere. Et hoc est meditationem in contemplationem transire. ¶ Contemplationis formam in coeli volatilibus videmus. Videas alia nunc se ad altiora tollere, nunc se ad inferiora demergere, & eisdem ascensionis descensionisve suæ modos sæpius repetere. Videas alia nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum diuertere, & nunc in hanc, nunc in illam partem declinando, in anteriora parum vel penè nihil se promouere, & eisdem discursu suorum vicissitudines multa instantia multipliciter reiterare. Videas alia sub magna festinantia se in anteriora extendere, sed mox sub eadem celeritate in posteriora redire, & sæpe idipsum agere, eisdem excursus atq; recurſus diutina frequentatione continuare atq; protrahere. Videre licet alia, quomodo se in gyrum flectunt, & quā subitè, vel quā sæpe eisdem vel similes, nunc autem paulo latiores, nunc paulo contractiores circuitus repetit, & semper in illud ipsum redeunt. Videre licet alia, quomodo alis sæpe reuerberatis, se in vno eodemq; loco diutius suspendunt, & mobili se agitatione quasi immobiliter figit, & ab eodem suspēſionis suæ loco diu multumq; hærentia penitus non recedunt, ac si operis & instantie suæ executione prorsus videantur exclamare, & dicere: Bonum est nos hic esse, iuxta

VITA SANCTISSIMI PATRIAR- CHÆ IOSEPH.

PER D. ANDREAM BUENO ET NIEUA, SANCTÆ
Inquisitionis Comillarium, Parochum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ
de Sancto Laurentio civitatis Vallis Oletanæ.

EMINENTISSIMO DOMINO CARDINALI
D. LUDOVICO EMMANVELI FERNANDEZ
PORTOCARRERO ARCHIEPISCOPO
TOLETANO DICATA.

85
Anno



1690

Vallis-Oleti, Apud Antonium Rodriguez de
Figueroa.

VITA SANCITATE
D. G. ANTONIO BENEDETTI
EMINENTISSIMO D. DOMENICO CORDO
DEBDOLO EMANUELE
PORTOCARRARO ARCHIEPISCOPO
TOLEIANO DI ALTA

ORDINE

VITA SANCITATE

SERENISSIMO, REVERENDIS-
simo, ac Eminentissimo Principi

D. D. L V D O V I C O
EMMANVELI FERNANDEZ
PORTOCARRERO.

*SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE TITVLI
Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbitero Cardinali,
Archiepiscopo Toletano, Hispaniarum Primate, mag-
no Castellę Chancellario, Catholicę Maiestatis
à status Consilijs.*

AD aras tuæ celsitudinis (Eminentissi-
me Princeps) supplex , & venerabū
dus accedo libellum offerens de vita
Sanctissimi Patriarchæ Ioseph metri-
ce compactum. Extiterit sane felix si à mea hu-
militate infinitam pene distantiam dimetiens

ad tam summum verticem meruerit pervenire
Sed quo humilior à me prodierit , eo securior
ad altissimùm tui fastigium accedet, cum humi-
llima in sublimioribus tutiora patrociniū for-
tiantur. Astrorum siquidem eminentissimus
Sol cum altiorum cacumina montium radiorū
splendore solum illustrat , aut in orientis cuna-
bulis, vel in deficientis lucis cernitur occasu:
ast ubi medium Cēli lucidissimus ascendit iuba-
ris sui nitoribus vallium infima perfundit. Sic
tuæ lucis , quæ oculorum aciem superat , Emi-
nentia eo Eminentior apparuerit , quo humilio-
ra & infima suæ protectionis radijs aspicere non
dedignabitur. Iure igitur hoc opus tam , vt
autor , exiguum tui in tam sublimi apice constitu-
ti tutamen sibi vindicare expostulat, cum ex al-
to & infimo , celso , & humili, adversisque con-
ceptibus resultet mirabilis illa rerum consonan-
tia , & concors harmonia , quæ orbem consti-
tuit , & commendat vniversum. Peculiari insu-
per titulo Eminentiaæ tuæ tholis, celsitudinisque

fastigijs istud quaecumque quasi votivum donarium appendere debebam, olim etenim tuam expertus beneficentiam dolebam magnopere, angebarque vehementer nulla hactenus gratitudinis signa rependisse, hodiernusque dies attulit, ut animus in tui reverentiā diu addictissimus tātillo cordis indicio possit explicari. Accipe ergo, Serenissime Princeps Ecclesiæ, & Hispaniæ decus immortale, nō tā legendam quam inspicendam Augustissimæ cælorum reginæ Sanctissimi sponsi vitam, cuius amore, & veneratione adeo flagrat cor tuum, ob quem audaci, & celeri consilio non dubito veniam cōcedes. Deus Opt. Max. Eminentiaæ tuæ felicissimos annos Ecclesiæ, & orbi quam diutissime conserve. Vallis-Oleti pridie Idus Septembris. anno post partum Virginis. M. DC. XC.

Ad tuæ Eminentiaæ provolutus pedes

Don Andreas Bueno & Nieva.

THE FIRST PART OF THE HISTORY OF THE
LIFE OF SAMUEL JOHNSON
BY JAMES BOSWELL
IN TWO VOLUMES
LONDON: Printed by A. MILLAR, in Pall-mall.
MDCCLXXVI.

ALBION: Printed by J. JOHNSON, in Pall-mall.
MDCCLXXVI.

CENSURA SAPIENTISSIMI DOMINI DOCTORIS D. Simonis Cañizar Vespertinę Theologię Cathedralę in Pinciana Regia Vniuersitate dignissimi moderatoris.

EX commissione Illustrissimi Domini D. Didaci de la Cueva & Aldana à Consilijs Catholicę Maiestatis Episcopi Vallisolerani, &c. legi librum hunc de vita Santissimi Joseph heroico carmine conscriptum à D. Andrea Bueno Parocho Ecclesię Beatę Marię à Sancto Laurentio huius civitatis: & vix legi cum ea menti occurrerunt quę Claudianus olim cecinit de Mallio Theodoro.

Postquam parta quies, & *iustum* nacta cacumen
Iam secura petit privatam gloria portum,
Ingenij redeunt fructus. alijque labores,
Et vitę pars nulla perit, quodcumque recedit
Sacris, incumbit studijs, animusque vicissim
Aut curam imponit populis, aut otia musis.

Postquam enim eruditus noſter Autor glorioſe inſudavit Philoſophicis, Theologicisque laboribus, iam eos pro Cathedrarum expoſtulatione in Regia hac Univerſitate quampluries nec ſine laude exercendo, iam etiam in Archiepiſcopatu Toletano inter egregios vndique confluentes Athletas pro parochialium beneficiorum obtentu nec ſine victoria exantlando, nūc tandem quaſi naſtus cacumen, non quidem par meritis, ſed quod ſuæ mentis modeſtia pro quiete expetivit, ad alia ſtudia mentem elevat, excitat Muſas iam alto ſopore deſſides, & pene mortuas, & quidquid à ſacris debitisque muneribus temporis ſuperſt, iſiſ indulget, ſed non niſi ad ſacra, non niſi ad pia, vt vel otiano pie fruſtuſeque labore. Unde ſperamus non cariturum ſuo fruſtu opus hoc: in quo equidem nihil inveni nota dignum, plura digniſſima notatu; nihil à recta fide, boniſve moribus aberrans; plura bonos mores ferventia, carpentia
ma-

malos. Opus certe Bono nomine sui autoris dignū, & quod alijs eiusdem laboribus iuste annectatur, nec minus felicem videat lucem. Videat utinam, & si fieri potest, feliciorē adhuc obtineat, ut ad optimam lucem perspecta vivida hæc effigies, intuentium oculos, cordaque in sui prototypi admirationē, pariter atque amorē convertat alliciat, trahat. Sic exopto. Sic censeo. Vallis-Oleti Septimo kalendas Septembris anni Domini 1690.

Doctor D. Simon Cañizar.

maior. Opus certe non nomine sui auctoris dig-
nit. & quod aliis inchoat libris suis fuisse aucto-
ratus nec minus fuisse in lucem. Ubi et
vixit, & si non quod, feliciter adhuc ob-
tinere, ut ad opus in lucem per spectu vivida
huc etiam, inuentum oculos, cordaque in
hi prototypi admiratione, patet etiam amore
conversat aliter trahit. Sic exopto, sic con-
fero. Valli. Oculi. primo kalendas septembris
anni Domini 1690.

Exar. D. J. van Caster.

LICENCIA DEL Ordinario.

DON Diego de la Cueva, y Aldana, por la gracia de Dios, y de la Santa sede Apostolica, Obispo de Valladolid, Prior, y señor de Junquera de Ambia del Consejo de su Magestad &c. Por la presente damos licencia, para que por lo que à Nos toca, sin incurrir en pena alguna, se pueda imprimir el libro intitulado Vida de S. Ioseph, compuesto en verso latino, por D. Andres Bueno, Cura proprio de la Yglesia parroquial de Nuestra Señora de S. Lorenzo desta Ciudad, y Comissario del Santo Oficio de la Inquisición, atento ha sido visto, y examinado de nuestro orden, y mandato, y no tener cosa que se opon-
ga

ga à Nuestra Santa Fè Catholica, y buenas costumbres. Dada en la Ciudad de Valladolid, y Palacio de nuestra habitacion à treinta dias del mes de Agosto de 1690 años.

Diego Obispo de Valladolid.

Por mandado del Obispo miseñor.

D. Joseph Sorriua.

REVERENDISSIMI PATRIS Fr.
Ioannis Garcia Feijoo , Ordinis Mi-
norum, Supremi Sanctæ Inquisitionis
Senatus Calificatoris, in regio P. N.
Sancti Francisci, Vallis Oletano cæ-
nobio Theologiæ Magistri ad
autorem.

PROGRAMMA.
ANDREAS BVENO.
ANAGRAMMA.
DANS BONA VERE.
EPIGRAMMA.

Semper avarus eget cantabat Horatius olim
Et bene serper eget, qui male semper agit.
Ast male semper agit, quidum sua munera præstat
Præstando fallit, dumque *dat* ipse capit

Qui *bona dat*, capiens; non *dat sua munera vere*
Sed *bona dat false*, decipit atque dator.
Decipit ipse dator; dum non *dat munera vere*
Dat false; ast *vere* qui *dat ita*, ipse capit.
Dona igitur minuit; præstat qui non *bona vere*;
Auget enim ipse sibi, tollit & ex alijs
Ergo dator fallus proprie cantabitur ille
Qui *bona non vere* dicitur ipse *dare*.
Hinc ergo, Andrea, eximium cantabo *datorem*
Te nunc; nam legis ipse *datoris* habes.
Dans bona, *das vere*: *vere* hoc tua nomina cantant;
Dando igitur, præstas munera duplicia.
Das bona: quis dicet contra? *Das illaque vere*
Quis neget? Ipse adstas *verus* in orbe dator.
Augetur meritum Iosephi carmina *dando*:
Augmentum dum offers, *das mihi dulce bonum*.
Vtrinque ergo dator celeberrimus ipse caneris:
Namque orbi *vere* maxima dona paras.
Vere dona paras: *vere* completur & illud:
Dans bona vere: ergo per *bona vive*. Vale.

OPERIS EXORDIVM.

Alloquar , An sile Am? nū mēs Audaciter aūsa
 Tanta freTa exigua, Tenui , Temerariatēta
 Lintre tuLit, naviq̃ saLum? num Lucibus exuL
 Audeat ad facinus volitAre per Ardua lapsa
 Scilicet inSistam leviS icaruS aere præcepS
 Respiciam Radios, vt Regius obRuat ardor
 Egregium IosEph , parEt cui rEctor in orbE
 Fas erit affari, qui Fulgens Fertur vt aleR
 Ergo per immEnsū pelagus sinE luce docentE
 Raptatus peReam, miscRe que peR æquora iactER
 Sic feror in Scopulos Sic lædor Syrtibus altiS
 Ast tu , mAgne pater tAngant dAlittora vela
 Legitimam Lucem, soLis nam Lumine præsuL
 Tu mihi tu Tenebras iā Tollas, meTraque laudenT
 Auspiciū plAcidūque dAbit piA virginis aurA

DE VITA SANCTI
IOSEPH.

LIBER PRIMVS

ARGVMENTVM.

Nascitur egregius Ioseph , cui gratia nato
Magna venit, charites donis ingentibus augēt;
Erudiit doctrina patris , primisque sub annis
Prætulit & mores niueos, puramque iuētam.

Magnanimi Ioseph diuinas dicere laudes
Aggredimur, celum nostris & viribus impar
Est opus , inspirans menti Deus optimus adsit
Discutiens tenebras: ò Virgo maxima nostros
Dirige nutantes digitos , calamumque per alta
Sidera qui tendit , recto nunc tramite siste.

A

Cul-

2 VITA SANCTI IOSEPH:

Culmina virtutum sponsi tibi cognita pande,
 Ut præcellsa viri, generosaque facta loquamur.
 Progenies magni Ioseph clarissima Iuda
 Regibus orta venit, testatur pagina sacra,
 Quem vocat ex cellsa Dauidis origine natum,
 Sanguine cuius ei Dauidica regna paterno,
 Hæredi veluti proprio, sunt debita iure,
 Regalisque domus sceptri qui proximus hæres:
 Imperij nec nomen abest, nam nomine Ioseph,
 Dicitur Augustus, quod si dirione tenere,
 Iactat Roma suum, totum quod continet orbis,
 Nazareth hunc melius, mûdum qui condit, iste
 Possidet: haud vlli similis commissa potestas.
 Huic pater est Iacob Matthæi scripta secundû,
 At Lucæ scriptis pater eius dicitur Heli:
 Discrepat an sensus quem dicat spiritus vnus?
 An diuersa docêt divino numine flatu?
 Sed bene cõcordat sacratus vterque chronista:
 Iacob enim fecit Ioseph natura parentem,
 Ast ipsi dedit Heli lex vel adoptio patrem.

Festha

Festha duos genuit , qui primus nascitur Heli
Duxerat vxorem, moritur, sine prole relictam,
Lege iubente, sibi sociam coniunxit eandem
Iacob, vt extincti restauret semina fratris,
Quo genitus Ioseph patrem sortitur vtrūque,
Hunc natura refert, ad legem pertinet alter.
Iulius hæc habuit, docuit quæ tradita nempe
A Domini, perhibet veterū sic fama, propinquis.
Matris adhuc vtero sceleris contagia primi
Abstulit omnipotens, iam tū meditarur habere
Altorem in terris obeat qui munera patris.
Sanctificatus adest, & matris viscera claudunt,
Helciæ nato similis, magnoque Ioanni.
O Deus! O trinus, mundi simul arbiter vnus!
Iam veniet Virgo, venient felicia regna,
Nascitur & Ioseph proles Dauidica, signum
Virginis, hæc altos faciet disrumpere cælos:
Iamque Deus nostras aderit, qui sumere noxas
Gaudeat, atque suo qui sæcula sanguine condat
Aurea, cum veniet toties optata Maria.

4 VITA SANCTI IOSEPH:

Sol oritur pennis, aderuntque salubria nobis;
 Pellite tristitiam mortales, incipit ætas
 Iam melior, metæ votis venere parentum.
 Nascitur & Ioseph, nato gratatur Olympus:
 Natalem angelici properat celebrare ministri;
 Ac veluti scala, Iacob quam viderat olim,
 Inferior cuius tangit pars vltima terram,
 Altera sublimis superabat culmine cælum,
 Aligeri diui veniunt, redeuntque beati:
 Plausibus & tanti gaudent virtute nepotis.
 Magnus ab astringero charitum delabitur ordo,
 Gratiæ ab excelso cunctæ venere sorores,
 Castus amor, pietas, virtus regina, fidelque,
 Spe comitata, animi simul insuperabile robur
 Augebant puerum donis sublimibus ortum.
 Auctus ades Ioseph præcelso nominis instar,
 Parvulus accrescis, quid tum cum lapsus ab
 alto
 Subditus imperio Patris tibi filius adsit?
 Et Pater omnipotens pueri deuinctus amore
 Huic;

LIBER PRIMVS. 3

Huic, ait, incumbet nostri custodia nati,
 Atque hominis facti toto dicetur in orbe
 Nostro, quod nulli communico, nomine Patris;
 Et quia mundus eum genitoris imagine credet,
 Os habicumque dabo similẽ quem postea Iesus
 Virgineo matris claustro pręferet ortus.
 Non erit ex hominum natis te pulchrior vllus,
 Christipare & Iesv si demas corpora pulchra.
 Officiumque fabri cum nostro conuenit apte,
 Nam formare homines, orbem deducere gyro;
 Erigere & montes supra, camposque dolare,
 Et cęlos veluti tornare, fabrilia certę:
 Filius vt fabri vere dicatur Iesus.
 Humanam Verbum sumendi proxima cernens
 Tempora naturam, primi quę perdita culpa
 Patris eget Verbi meritis ingentibus, inquit,
 Tu formose puer nostri nutritus esto,
 Te tutore regar sub te custode futurus,
 Crescito, pupillum, quem non capit, orbis,
 habebis

6 VITA SANCTI IOSEPH:

Et dabitur munus nostro commune parenti.
 Me puerum quoties tua brachia dulcia tollent?
 Oscula quot sumes pendentis ab ubere matris?
 Salve Verbi hominis fidus qui rector & altor,
 Tu mihi charus eris, cum sim novus incola
 terræ,
 Et Paracletus amor diuinus Spiritus vnus,
 Qui Patris natique simul procedit amore,
 Verus & ipse Deus, pariterque æqualis vtrique,
 Cresce puer donis, inquit, cumulabere nostris,
 Pectora tu referes vt primus candida Pastor,
 Iustitiam, nauim primi qui misit in vndis:
 Atque fidem, natum gladio iugulare volentis,
 Illeque ligna Deo portabat victima parens:
 Fervidus vt scalam qui vidit tangere calum.
 Castus vt amplexus domine qui fidus abhorret,
 Meis, vt illæsum qui vidit in igne rubetum,
 Et constans veluti fecit qui sistere solem,
 Cor pueri, cuius profudit funda gigantem,
 Ignifero, zelum, rapti super aera curru.

Sin-

Singula quid memorem? Veterum cum gratia
patrum

Astiterit nato Ioseph, quod & omnia vincit
Virginis eximiae, quo non dedignor honore,
Sponsus eris, nostrae sic stat sententia menti,
Quam mihi dilectâ, tibi Ioseph, dote per ampla
Connubio iugam stabili, propriamque dicabo,
Inclutus his donis diuinis nascitur orbi.

Bethlehemque dedit primæ primordia lucis:
Iste locus gregibus fuit olim pascua Jacob,
Nomen & imposuit quod panis regia dictum,
Hic etenim panis cælo delapsus ab alto
Virginea in terra, quâ nusquam rupit aratrum,
Vita, salus hominum certissima, creditur ortus,
Institor his oris cum longe venit ab austro
Applicuit nauim, quæ nullo naufraga fluctu
Exposuit panem nobis alimenta daturum.
Hic oritur Ioseph, præstans & forma decora
Crescit & augetur pariter, nam lumina Solis
Ex oculis præfert, maxillæ albedine mistæ

8 VITA SANTI IOSEPH:

Purpureæ, tyrioque nitentia murice labra,
 Sidereus cervicis honos, niueaque serenus
 Fröte decor, nitidusque vigor gratissimus oris,
 Aurea cæsaries referebant undique pulchrum.
 Gaudia summa dabant pueri cunabula nostri,
 Et puer in cunis perhibebat mille lepores,
 Oris ei blandus mira dulcedine risus,
 Candida vagitu blanditur corda parentum;
 Nil nisi iucundum genitoribus attulit ætas
 Illa rudis, lætis iam tunc infantia signis
 Exhibuit specimen magni præfaga futuri.
 Non formosa magis surgit, ridere poetæ
 Quam perhibent, roseû linquens aurora cubile;
 Purpura non melius se ostentat Adonidis hor-
 tis,
 Candida nec folijs solvuntur lilia vere,
 Quam pueri vultus sese pulcherrimus offert.
 Corporis emineat cum sic gratissima forma,
 Pulchrior est animus, quem nulla piacula fæ-
 rant.

Vere

Verbaq̃ cum primum teneris formare labellis
Incipit, ore suo leoba mirabile nomen
Protulit, & numen lumen rationis adeptus,
Posthabitis cunctis, verum dilexit adorans.
Virtus in puero delectat summa parentes,
Miranturque graues mores puerilibus annis:
Non iocus, aut ludus mentem sed seria tangūt.
Indole præterea præstanti fulget, & apta
Eximijs rebus pariter cum mente profunda.
Grandior effectus didicit quæ digna videntur
Nobilis vt discat, sapiensque evadere possit
Illecebras mundi, portumque tenere salutis.
Quem pater vt vidit celsa sic mente capacem
Erudiens rite natum sic incipit ore.
Nate: hominum curæ variæ cognoscere finem
Quem dedit omnipotens, tollunt, præpostera
cuncta
Cernimus, & pauci diuinum numen adorant:
Rarus iter rectis factis perducit Olympo,
Despiciunt sine mente frui cælestibus illis
Im-

HO VITA SANCTI IOSEPH:

Imperijs, oculis quæ sunt incognita nostris.
Vieta iacet pietas, & fraudibus orbis abundat,
Nulla fides verbis, scelerum quoque copia
multa.
Iustitiæ præsul terras Astræa reliquit.
Sed tu nate Deum super omnia dilige corde,
Concipe iustitiam colere, & non temnere nu-
men,
Ex nihilo mundum, cælos, quod cuncta creauit.
Aspice fulgentem præstanti lumine Solem,
Ut peragit cursum, qui tēpora signat, & annos,
Ut noua crescendo restaurat cornua Luna,
Continuo cæli motu volvuntur in orbem,
Sidera fixa manent, alijs errantibus alte.
Aspice terrestrem, quæ pender in aere, molem,
Ut paribus spatijs tellus librat a tenetur,
Vere refert flores, quos fructus efficit æstas.
Præcipiti Oceano labuntur flumina cursu,
Et mare præscriptos fines non transit arenæ:
Condidit ista Deus, melior tamen omnibus ipse
Dig-

LIBER PRIMVS. 51

Dignus amore venit titulis sine fine resurgens.
Præterea cum magna sit incostantia mundi,
Non decuit nimium fugitiuis fidere rebus.
Tempore magna ruunt, subito sine tempore
multa,
Ergo caduca time, res nulla sub æthere firma.
Imperijs fortuna levis quoque ludere gaudet,
Ad minimum redigens fuerant quæ maxima
quondam,
Moreque pyramidum finem deducere puncto.
Regius in venis latitat tibi sanguis, & alta
Nobilitas nobis generis prosapia regum,
Nunc domus alta iacet fortunæ crimine pauper,
Permanet ex hominū rebus tantūmodo virtus,
Cetera deficiunt breuiter, pereuntque vicissim:
Motibus alternis, quæis surgunt prospera mūdi,
Plurima more rotæ sortem vertuntur ad inam:
Ergo Deum cæli, qui non mutatur, adora,
Quem Sancti semper nostri coluere parentes:
Nate Deum noli culpis offendere Sanctum,

Men-

12 VITA SANCTI IOSEPH.

Mente sed hūc colito, qui fidus præmia reddet.
Finierat Jacob : Ioseph præcepta parentis
Non peritura suo memorans in corde reponit:
Fortunate puer teneris quem patris ab annis
Eru dicit doctrina sui cælestia dictans.
O patrum non rectus amor, qui temporis huius
Multa docent natos, quæ sunt æterna silentes.
Iam iuvenis primos virtuti consecrat annos
Ima tenens humilis, tunc ædis ad astra futuræ
Fundamenta iacit : primo noctesque diesque
Transigit orando, capiens & gaudia pura
Numinis alloquijs animi liquefactus amore.
Gaudia non norunt terrestres dulcia cæli.
Longa domant corpus tenui ieiunia victu,
Visitat infirmos, & vinclis carcere vinctos,
Excipitur quæ suo peregrinus & advena testis,
Veste tegit miserans potuit quæ corpora nuda,
Pupillis viduisque simul solamina præbet:
Denique semper adest pius omnibus omnia
factus.

Officium fabri didicit, quia pauper egebat
Quæreret vnde sibi victum, quo corpus alatur;
Desinit in fabro, quis talia credere possit?
Maxima Iudaicum Daudica linea regum.
Hoc sine consilio factum non credo tonantis;
Filius vt fabri morti proludat Iesus,
Scilicet arte cruces, cunq̃ue dolantur eadem;
Nouerat in biblijs celi mysteria sacris,
Sceptraque Iudaicæ genti promissa legebat,
Mittendus generis portaret crimina donec.
Iam Judæ sceptris externus quæritur hæres,
Cæsaris imperio regnorum sumit habenas
Impius Herodes adversus iura fidemque,
Advenit ergo Deus nobis, tempus que salutis;
Viderat impleri, finem metamque laborum,
Hebdomadas Daniel quas vates dixerat olim,
Non procul est igitur Dominus, scelerumque
medela.

Tunc sic alloquitur Ioseph, qui talia fatur.
Omnipotens sine fine Deus, qui cuncta creasti,
Di-

Diceris hunc orbem digitis appendere ternis,
 Quando aderit tempus, cum cælos rumpere
 Verbum

Exulter, summoque viam digressus Olympo
 Maximus illegigas peragens ad limina nostra
 Perueniat, nubesque pluant ex æthere iustum,
 Magne Deus properans ad sis, dignareque miro
 Virgineum vellus cæli perfundere rore.

Nubibus eniteat diuini fæderis Iris,
 Exiguusque lapis præcisus montibus altis
 Conterat in cineres statuâ, molemque metalli:
 Paciferæ quando ramum prætendet oliuæ
 Nuncia naufragium cessasse virentibus ore
 Cum folijs tranquilla docens torquata co-
 lumba?

Quando percussa manabunt vndique fontes
 Ex petra liquidi, fiant qui signa salutis?
 I ferat & Iese radix ex Virgine florem.
 Felices quibus ille dies illuxerit almus,
 Vincula qui dabit extremis sine fine remotis.

O Deus, ò nimium votis optate parentum,
Iam noli tardare, relaxa crimina plebis.

Quis mihi, quis natum quis matrem cernere
coram

Optanti tribuat, felix si servulus essem
Matris adorarem cælestia numina supplex.

LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM.

Virginis interea felix aduenerat ortus,
Famaque magnanimi Ioseph peruenit ad aures,
Uisit agnatam, patribus gratatur, & illi
Dulce Deo pignus Salomonis in æde dicant.

Interea iam luce noua clarescere mundus
Incipit, & tenebrę fugiunt, auroraque surgit.
Ocea-

16 VITA SANCTI IOSEPH:

Oceanum tento parua decurrere lintre?
Cum tenui musa felicem Virginis ortum
Dixero, quod Seraphim, nec purior Angelus
ausit?

Angelicæ mentes cælesti lumine captis
Aspirate meis, altis ne mergar in vndis,
Ut vestri regina potens hominumque, canenti,
Si tulerint vires, digne laudetur, adeste.
Luce nova, aiebam, veniens aurora tenebras
Dispulit, ipsa dabit qui pellat nubila solem.
Concordes animis Sancti Ioachim & Anna,
Auditis? Resonant felicia nomina tandem
Diuinæ stirpis, vicini tessera nostri
Servatoris adest: Sancti Ioachim & Anna
Concordes animis numen cæleste colebant.
Regibus ortus erat Ioachimus, & inclyta proles
Progenie celsa Davidis, honorque parentum.
Annaque sacrica veneranda stirpe creata,
Scilicet instituat dotalis vterque nepotem,
Pontificis regisque simul præstaret honore.

Con-

Connubij Sancti plangunt primordia tristes,
Nam thalamus sterilis decimum bis mansit in
annum

Fœcundus lacrymis optata prole carebat,
Dedecus antiquæ fuerat quod tempore legis.
Cum tulit in Solymis Domino libamina sacra
O dolor ! è templi Ioachimus limine pulsus:
Hæc tamen ipse Deus miserans opprobria
tollit,

Nam sterilis fœcunda manēs, effectaque mater,
Maiorem hæc vtero prolem quā mente recepit,
Obstupuit sterilem fieri natura parentem:
Miratur fœtum qualem non edidit vnquam,
Atque, ait, hic nostras superansque potentia
vires

Maior adest, huiusque operis miracula miror.
Concepitque suam mater sine crimine prolem,
Dirus & anguis ei non expuit atra venena,
Nam Deus immunem culpæ lethalis Adami
Præstitit, & charitum donis melioribus vna

18 VITA SANCTI IOSEPH.

Extitit instanti primo super omnia pura,
 Selectam veluti diuina mente decebat:
 Angelicique chori non tot fulgoribus ibant,
 Lucida cum primum viderunt limina cæli,
 Tanta nec illustrat cælestes gratia diuos,
 Non adeo prima pulchrum paradisus Adamum
 Iustitia vidit, nec tantis dotibus Euam,
 Ex luto proprijs manibus cum condidit Autor,
 Quam viget instanti primo concepta Maria,
 Quæ faciem claro diuinam lumine vidit.
 Senferat hoc animo præfago callidus anguis,
 Pertimuitque ferox, ne ventre lateret in illo,
 Quæ caput insultans planta sibi conterat alte
 Restituens quod prima tulit decepta Virago.
 Terribilis foetum conatur perdere Sanctum,
 Impleuitque domum varijs terroribus Annæ.
 Qui coluber demens ad cælum sibila mittis,
 Et spiris agitare paras ingentibus orbes?
 Virginea planta iam iam contrite iacebis,
 Heu fuge dire Dagon, est hic nam fæderis arca,
 Igni-

Igniferas tendens dubius Phlegetontis ad vmbras.

Signa nouem volucres Phœbi cœlestia luce
Solis equi lustrant, media cum nocte silenti,
Lucidior qua nulla dies apparuit orbi,
Plurima dona ferens hominū decus orta Maria.
Nox nimium noctem quæ felix abstulit atram.
Sidera clara micant, & lucem candida Luna
Duplicat, & nitidis surgunt fulgoribus astra,
Et Sol ante diem radiauit lumine montes.
Spiritus angelicus cunctus deuenit ab alto,
Atque salutauit reginam cœlicus ordo
Cantica Sancta sonant, & latū personat æther.
Nocte dieque volans mundū circūdedit omnē
Lætitiæ exundans cunctorum pectora fama:
Quin etiam sedes Lymbi descendit ad imas,
Attulit & patribus benefidis gaudia summa.
Lætitiæ cœli non æquant cœtera quæque,
Laudibus ingeminant magni palatia cœli,
Nomine sidereo late resonante Mariæ.

20 VITA SANCTI IOSEPH.

Sancta Trias natam cum primo suscipit auras
 Detulit Empyrio cum parualudere gaudens,
 Delitijs capitur tenerisque amplexibus hæret,
 Assumensque Pater, charissima filia, dixit.
 Mater, ait Verbum, veniet verissima nostra,
 Optima sponsa mihi diuinus spiritus inquit.
 Et genitor, genitus, spiratus pignora sacra
 Grandia quisque dabat, veluti solet æmulo
 amore.

Dirigit ad Ioseph velocem nuncia cursum;
 Forte recensēbat quæ priscis scripta prophetis:
 Virgineo populi ducem de sanguine mitti
 Legerat, infernas olim qui verteret arces,
 Et modo vera canens sic illi fama locuta.
 Chare Deo Ioseph proles certissima regum,
 Nazareth ex Ioachim pariterque ex coniuge

Sancta

Orta locus mundi cælo miranda puella:
 Tempora nulla dabūt similē nec sæcla videbūt,
 Non vnquam natura tulit, non gratia talem.

Nec

Nec mihi magnificas dotes celebrare volenti
 Mille satis linguæ, nec mille bis ora valebunt:
 Internasque Deus charites cognoscere solus
 Sufficit, externæ formæ leve percipe signum.
 Fulget apex auro quod sparsus vbique capillus
 Promicat, altæ frontis imago simillima Lunæ,
 Et Solis veniunt oculi iam nomine soli,
 His etenim clarus fit solum lucibus orbis;
 Pacis amor castus duplici resplendet in Iri,
 Queis inbet esse Deus mirabile pignus amoris,
 Punica mala genæ, referant cū fragmine grana,
 Cum niue purpureæ miserunt fœdera pacis,
 Rectaque præstantem signavit linea formam,
 Zonaque cælestis cælum metitur vtrumque:
 Coccineam labijs fas sit describere vittam,
 Eminent & collum sicut dauidica turris,
 Edificant alte quam propugnacula mille.
 Denique præ cunctis macula sine pulchrior ibit.
 Si quid habet magnum, quod summa potentia
 præstet,

22 VITA SANCTI IOSEPH.

Præstitit omne Deus gaudis amore Mariæ.
 Dixerat & leuibus pennis secatur æthera fama.
 Magnanimus Ioseph cognatam Nazareth ortâ
 Visere festinans surgit velocior Euro,
 Ingrediturque domum, melior quæ regia Solis,
 Excepit Ioachim lætus cui brachia tendit,
 Perfruiturque senex congaudens hospite tãto,
 Et prior, ô iuuenis nostri qui sanguinis, inquit,
 Alta decora pius claris virtutibus auges,
 Sis felix, dignumque feras ex indole munus,
 Grandior assurgens superes & nomen avorum,
 Vaticinante aliquid maius, quid nescio, mente:
 Filia quæ nobis diuino munere nata
 Omnibus assurget præstantior, auguror, vna,
 Quæ natalitium felici fidere reffert,
 Miraque Solis adest virtus horoscopus alti,
 Atque manu ducens natam cum coniuge Sãcta
 O tendit, celumque videns in corpore paruo
 Obstupuit Ioseph miratus talia fatur.
 Parua puella decus generis per sæcula grande

Sa-

Salve, letitia cumulabis nata parentes,
Atque dabis mundo, ni fallor, gaudia vera.
Dulce tonantis opus te laudent sidera, Salve:
Alba nitore magis iam crescas optima, Salve,
Immaculata viges, te pulchram carmina dicāt,
Votaque te puram, te Sanctam pectora clamēt:
Diuinam faciem roseo contemplor in ore,
Angelicas mentes iam præstes inclyta donis.
Vnica res cunctas superans splendore creatas.
O quam te memorē Virgo laudanda, decorque
Non humanus adest, potius celestis imago
Numinis aspicitur niueo splendescere vultu.
Sis vtinam Sanctis toties promissa prophetis:
Iam veteres fileat matronas fama sonora,
Sanctior hæc veniens antiquas anteit omnes.
Non Sara, non Judith, non Hester, pulchraue
Rachel,
Delbora nec sapiens tecum certare valebunt,
Vincis enim cunctas, vt Solis lumina vincunt
Sidera, vt oceanus fontes, & flumina vincit,

24 VITA SANCTI IOSEPH:

Ut superat terram, quod conspicit omnia, cælū,
 Te mare, te cælum, te Solis lumen adoro.
 Gratulor & vobis nata felicibus alma,
 Pænaque terribilis nunc iam cessabit amara
 Tempore quæ longo fecit sine prole fuisse.
 Quam Deus in sterili fecit, conceptio mira,
 Et vobis roseo prædixerat Angelus ore,
 Cum Solymis cæli monitis contingere portam
 Auriferam iussit, dederit prænuncia magni.
 Dixerat, & dulci cognatos inter amore
 Perfructis patriam rursus remeavit ad urbem.
 Iam ter Zodiacum lustrauerat orbita Solis,
 Floribus induerat tellurem lumine Phæbus,
 Ter glacialis hiems latos spoliaverat agros,
 Cum Sancti templo statuunt offerre parentes
 Egregiam sobolem, dilectum pignus amoris,
 Sacrificum donum, quo cælo gratius ullum
 Extiterit nunquam, melior nec victima venit.
 Ad Solymas vehitur cæli regina Maria,
 Perque gradus bis sex ad magni limina templi
Parva

Parva puella subit, plantis amor addidit alas.
Principis ò pulchri quam sunt tibi filia gressus.
Excipitur Virgo Sancta Salomonis in æde,
Quæ melius templum, capient pia viscera cuius
Numen, & æterni veniet quæ fæderis arca.
Quas ibi virtutes dederit, quæ plurima mente
Hauferit explicitis signis oracula cæli,
Voverit vt domino miro integritatis amore
Flore pudicitie semper perstare virentem,
Dixere quis valeat, nisi iam Deus explicet illa.
At parte ex alia Bethlemi habitator Ioseph
Otia diffugiens humili terit arte laborans
Tempus, & exigua contentus parte lucelli
Pauperibus donat, frontis quæ cætera sudor,
Atque labor tribuit miserâs generosus egenos.
Rex erat, imperij titulus pietate refulget.
Sic cruce cum pendet, paradysum, munia regis
Alta gerens Christus gaudet conferre latroni.
Et Deitatis amor iuuenis præcordia tangit,
Nullaque fædarunt viridem peccata iuventam.

26 VITA SANCTI IOSEPH:

Vir virtute viret, pulchris ceu floribus hortus,
Condideratque virens animo viridaria virtus,
Significant violæ patitur quos sponte dolores,
Candida præterea referebant lilia castum,
Purpureæque rosæ primæ bonitatis amantem,
Flos viridis veris fidei certissima signa
Numinis aduentu docuit sperare fidelem,
Cæruleusque color cælos intendere visu,
Non tamen extrahitur, cælou exorbitat ipse
Dum memor interno meditatur corde Mariam
Huius enim mediator adest vicinus Olympo.

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Virginis & Ioseph castissima fœdera cælum
Floribus assignat, quos ramus pullulat arens:
Vota pudicitæ, renouant concordia corda,
Nazareth adueniunt, ædes coluere paternas.

Iam

Iam prope tēpus erat, quo carnē sumere nostrā
Decreuit Deus, & culpis afferre medelam,
Et statuit Christum de nupta Virgine nasci,
Cū Simeon iustus templi summusque Sacerdos
Consilio, monituque Dei ducente, Mariam
Alloquitur: Virtutis honos, veneranda puella,
Nobilis es Virgo, plenis & nubilis annis,
Nec fas innuptam nostro discedere templo,
Virgineoque subire decet iam vincula collo,
Hoc Deus ipse iubet, nobis manifesta voluntas
Eius adest, quo præcipiente resistere nulli
Est licitum, monitis alti parere necesse.
Finierat Simeon, cum virgo talia fatur
Sidereos deiecta oculos: Venerande Sacerdos
Thura Deo qui offers, cæli mysteria pandis,
Gnarus es extinctos qui me genuere parentes,
Fluctibus & mundi nollem committere navim.
Mens equidem vitæ cunctis remanere diebus
Hoc aderat templo, dum Spiritus hos reget
artus,

28 VITA SANCTI IOSEPH:

Ædibus his cuperem Sanctis in cælibe vita
 nſervire Deo sacros edocta prophetas,
 Sed ſi aliter viſum, cui cæli ſidera parent,
 Annuo, iamque libens diuinum numen adoro.
 Virginitasque Deo voto promiſſa tenetur,
 Quam voui puram ſemper ſervare libenter,
 Hanc Deus intactam fidus ſervabit alumne,
 Omnipotens etenim, nec legi ſubditus ulli.
 Dixerat: at Simeon curis exercitus altis
 Heret in inſolita voti nouitate moratus,
 Sollicitat cælum, ſponſum, qui dignior adſit,
 Eligat, & lucem divini numinis orat,
 Conciliumque vocans myſtarum conſulit vtrū
 Vel cui de multis fuerit ſocianda Maria:
 Inſolitum votum quod Virgo pudica vouebat
 Explicat, auditum fuerat quod tempore nullo.
 Iamque Sacerdotes varios exponere ſenſus
 Incipiunt, cæli veniens cum nuncius ore,
 Ne dubitate, refert, vincolo ſociare puellam,
 Namque procis ramos cūctis referētibus altos,
 Cui

Cui subito flores dederit frondesque virentes
Virga, Deus sponsum mirandæ Virginis offert,
Dixit, avi similis volitat super æthera missus.
Præsensere animo monitis arcana latere
Grandia sacrifici, tamen alti iussa faceffunt.
Iamque dies aderat, quo tædæ sacra parantur,
Regia Virgo foret ternis cum proxima lustris.
Pontificis iussu Dauidis origine nati
Adveniunt iuvenes, tam Sancta iugalia vincla
Optantes animo miro virtutis amore,
Virginis est adeo dotalis dextera cordi.
Adfuit atque humilis Ioseph, quo Sæctior vllus
Non fuit in Solymis, non vllus gratior ore,
Omnibus & sponsæ castæ plus sanguine iūctus,
Se tamen indignum credebat fædere tanto.
Non grandævus erat, veluti pinxere vetusti.
Consilijs etenim Domini non congruit altis,
Lustra sed ætatis bis ter numerabat ab ortu,
Cum Solymas Ioseph venit Simeone vocante
Unus vt è multis ortis de semine David.

Præ-

30 VITA SANCTI IOSEPH.

Præterea nondum bis sex æquauerat annos
 Perpetua votum de virginitate colenda
 Miserat, & dubia referebat imagine mentem.
 In partes raperis varias, & plurima voluis,
 Incipis ambiguus, breviter iam mens tua Ioseph
 Maius aget dubium maioribus anxia curis.
 Ergo animus Ioseph partes divisus in omnes
 Iam mem̃or est voti, quod fixū corde tenebat,
 Iam radios Solis superare modestia pura
 Virginis aspicitur, quam castam castus amabat:
 Quare animum dubijs raptum, mentemque
 bilancem

Contulit in Domino, qui corde locutus in imo
 Talia fatur ei: Cum Virgine fædere iungi
 Ne dubita Ioseph, Deitas nam pronuba vestris
 Coniugijs aderit, castos sociabit amores,
 Virgo pudicitiam colit, intemerataque servat,
 Hac duce virginitas voto illibata manebit,
 Castus eris semper pariter cum coniuge casta.
 Tunc iubet arentes dextras portare procorum

Sacrificus virgas spectans quæ poscat Olympus
Quisque sibi sortem felicem fæderis ambit,
Iudicat atque suo prodire è vimine flores,
Et populo cuncto tantum spectante triumphū,
In manibus Ioseph, mirum! florescere ramus
Omnibus est visus, pulchris & floribus albus,
Candidiora tulit, quam profert lilia tellus,
Hæc etenim cælo candorem missa dederunt:
Insolitum facinus cunctis mirantibus, ecce
Alba supervolitans, ramoque quiescere visa
Inter amena sedens, floresque venusta colūba,
Crediderim magni cataclysmi nuncia finis
Extiterit, viridem quæ ramum misit in arcam
Tunc alacres populus voces ad sidera tollit,
Felicem nimium clamabant vndique Ioseph,
Altaque lætitia resonabant atria templi:
Sacrifici læti templi, cælestibus, aras
Thure vaporantes, celebrant miracula psalmis,
Dulcibus & modulis cæli portenta canebant.
Vivat io Ioseph repetito nomine clamant,
Vivat

32 VITA SANCTI IOSEPH.

Vivat io casta pariter cum Virgine felix,
 Ægypti superes castum fidumque regentem
 Magne decor populi Davidis regia proles.
 Oribus vnanimis sic vna voce loquuntur:
 Æmula non fictis fuerat quę turba procorum
 Gratatur verbis, hilari quem mente salutat,
 Nobilium mulcere potens ita pectora virtus.
 Virgineis habitata ruens per claustra puellis
 Fama palestinaę castas peruenit ad aures
 Virginis, in sponsum claro de sanguine David
 Electum virtute virum feliciter aiens.
 Virgo decora nimis vultus exemplar honesti
 Exhibet augustos diuini signa pudoris.
 Vellera perfundit veluti conchyle nitore,
 Aut vbi nubigeni tinguntur sole vapores,
 Aut ebur in tyrio permixtum murice fulget,
 Tales sidereo Virgo dabat ore colores
 Lætitię signis humilis conspecta pudicis.
 Templicolæ pulchræ mæstæ venere puellæ,
 Absentem lugent cordis resonante dolore

Virg

Virgineos vultus lacrymis, atque ora rigantes
Quid sine te nobis, aiunt, dilecta Maria?
Lux oculis aderas cunctis solamina præstans,
Nam soror & mater dederas pia munera sæper,
Moribus & Sanctis quid enim nisi Sancta doce-
bas?

Eloquiumque tuum cœli spirabat amores:
Has ergo solare inopes, sociasque relictas.
Atque magistra dolens discessum dulcis alumne
Ora genasq; graues lacrymis humectat obortis:
Chara mihi ante alias habitant quæ claustra
puellas,

Qua ducē perpetuo curas solabar aniles,
Te sine quid faciam, rātū mors denique restat
Culmen honoris, aue, viuas feliciter, atque
Egregia cælum faciat te prole parentem.
Dulcibus at virgo verbis lenire dolentes
Optat, & amplexu comitum perstabat amanti,
Ne, precor, ò sociæ, lacrymas fundatis amaras,
Ne dederitis, ait, tales ex pectore fletus,

Nam

34 VITA SANCTI IOSEPH.

Namque meis sineret Dominus si ducere vitam
 Auspicijs, templum minime dulcesque sorores
 Deferere optarem, cælebs & vita maneret,
 Sed si aliter statuit diuinus rector Olympi,
 Ipsius placitis gaudens obtempero sacris.
 Nec Deus à vobis aberit, secludite curas,
 Nam pius assisistens habitat se corda timentum.
 Hoc tamen, ò socij charj, modo deprecor vnū,
 Indignę vestro Sancto mihi parcite cætu.
 Dixerat, Interea mundus caligine noctis
 Voluitur, occasu lucent cum sidera Solis,
 Regius Empyrij stellata veste minister
 Orantem precibus loquitur sic ore Mariam.
 Corde libens Virgo cum Sancto nubere Ioseph
 Gaude, servat enim corpusque animumque pu-
 dicum.

Virginitas secura manet custodē sub isto,
 Extulerit Titan radios cum crastinus ortus,
 Lux noua per campos pellat difussa tenebras,
 Castus hymen castas felici foedere dextras

Con-

Cœcordesque animos æterna in sæcula iunget.
Conditor & mundi votum cōfirmat vtrumque
Atque ratum fieri cæli per lumina iussit.
Regis id intererat magni, qui magna volutans
Hoc vno celare cupit mysteria plura.
Sic ait, & volucri similis superadvolat astra.
Alterà lux oriens montes radiaverat altos
Lucida plus soliro, geminato lumine Solis,
Magnanimus Ioseph se matutinus agebat,
Dirigit & gressus ad magni limina templi
Sanguine coniunctis multis comitatus amicis,
Ut retigit limen Simeon occurrere visus
Pontificis magni redimitus tempora mitra,
Atque humeros tenuis velabat carbasus Ephod.
Æternas bifores avulso cardine valvas
Omnipotens reaserat, cupidusque aspezit ab alto
Claustra relinquentem, cui puro Solis amictu
Lumine, fidereis chlamydem discreverat astris.
Virgineo stipata choro pulcherrima Virgo
Corde animoq̃ humilis cunctis apparuit ingēs.

36 VITA SANCTI IOSEPH.

Virtute & forma, mirum! iustissimus heros
Vidit vt excellam aspectu stupefactus inhæsit.
Lapsus ab astrifero festa ad connubia coelo
Ecce hymenæus adest, albo velamine colla,
Et puro castos animos obnubit amictu:
Hæc fumo caruit præ cunctis vnica tæda,
Nec potuit purus castusque nigrescere candor,
Atque animos strinxere pios non corpora
vincla,

Qualiter elatæ dicuntur nubere palmæ.
Tunc iussit Simeon amborum iungere dextras,
Quos vbi coniugio Sancto dare corda libenter
Aspicit, egregias tendens ad sidera palmas,
Felices quibus almus adest à numine, fatur,
Et decor, & pietas & cordis conscia virtus.
Viuite concordēs ò magna decora parentum,
Et lumen toties optatum cernere vobis
Eueniat, generis mitti populique salutem.
Te pia cui nostro, Virgo venerabilis, ætas
Exemplis templo Sanctis exacta refulget,

Nunc

Nunc quibus extollā, vel cælo laudibus æquē?
Tu cunctas humilis superas virtute puellas,
Numinis affulget menti reverentia maior.
Te Deus excelsam fecit, per cuncta beatam
Sæcula, magna salus aderis fidissima Virgo.
Tu mulier fortis, longe quam querere frustra
Optabat Salomon pretio de finibus orbis.
Protinus ad Ioseph loquitur sic ipse Sacerdos.
Optime Iudaicis heros oriunde Dynastis,
Jacobi alterius fuerat castissimus olim
Alter in eximijs numerandus nomine Ioseph,
Venditus à proprijs per multa pericula vectus,
Castus is impuræ benefidus brachia fugit,
Sæuaque sustinuit, dum vincla cupidinis atra
Ire recusavit, crudeli carcere victus.
Multaque vaticinans Pharaonis somnia pandit,
Rector in Ægypto regni diademate clarus
Providus annonam populis alimenta reservat.
Te magis illustrem fama fore vincula præter
Auguror, haud cæli frustra mirabere signis,

38 VITA SANCTI IOSEPH.

Sicut abundantis tibi fructus efferat vxor
 Vitis, oliuarum teneros vt germina circum
 Aspicias natos, & iuxta ludere parvos;
 Rore tibi cæli, pariter pinguedine terræ
 Desuper adueniat felix benedictio grandis,
 Dulceque frumentum, mire redolentia vina
 Diuitis ista domus veniant patrimonia castæ.
 His ita perfectis diuinis rebus ad urbem
 Nazareth ire parant, Ioachimi testæ parentis,
 Urbibus in cunctis ò felix Nazareth vna
 Inelyta cælorum reginæ regia nempe.
 Non rhedæ, aut famuli sponso comitantur
 euntes,
 Vel tumidus fastus, mundique superbus egeni,
 Ordinis angelici sequitur sed plurima turba.
 Mentibus ætherèis multis comitantibus ibant
 Magnus iter Ioseph, Princeps & cælica Virgo.
 Sicut aves hiemis memores cum forte marinas
 Inquirunt terras, è multis agmine factò,
 Vt solet ex apibus soboles examine pleno

Si-

Sideris in numerum prodire per aera tendens,
Sic acies Divum fuerat numerosa sequentum,
Ut primam optatas sedes venere paternas,
Comiter exceptis cognatis atque propinquis
Quos vel amicitiae lex, aut vicinia iungit,
Egregium regina virum sic ore locuta.
Affore perpetuo te virginittis amantem
Angelus è cælo cælestis nuncius ore
Alloquitur missus, suadetque iugale libentem,
Integritas etenim sic tuta, subire ligamen.
Quapropter cælo dignas charissime Joseph
Quasve referre parem, possim vel soluere gra-
tes?
Quod dedit esse viri sociam, quo viderit orbis
Purius haud vnquam, fuerit nec Sanctior alter.
Magna pudicitiae Virtus, quæ cordibus hæret,
Numinis egregium semper venarabile donum,
Sidera cui parent instar libaminis esto.
In reliquo vt Domino semper parere voluntas
Firma tibi dabitur votis dulcissime coniux.

40 VITA SANTI IOSEPH.

Tu mihi nam custos, caput es, dominusque ma-
gister,

Imperioque tuo gaudens humilisque manebo

Subdita iam toto fuerit quo tempore vita,

Te rectore meas liceat componere curas.

Et bona quæ fuerunt fortunæ parva parentum,

Silibet auxilio gentis signentur egenæ,

Pauperiem domino gratam gaudentior ibo,

Diues eritque satis qui cœlo fidere discit.

Dixerat, auditis Ioseph stupefactus inhēsit,

Ut primum fari potuit sic incipit ipse.

O mihi plus oculis Virgo dilecta Maria,

Quam mihi non merito rector sociauit Olympi,

Quæ cæli Seraphim cunctos excedis honore,

Purior angelicis cœlo quæ lucibus ardent,

Lucidiorque magis quam Solis lumen, & astra,

Quam facit omnipotens virtutis munere mirâ,

Mens mea viuendi caste iam voverat olim,

Aspectuque tuo castos qui ducit amores,

Et procul ire facit iuvenum mala semina morû,

Te

Te coram fieri firmum, castissima . votum
Spondeo, digna tuo, Virgo, promissio ductu.
Non mihi sunt gemmæ, nō auri pondus, avaros
Quæ faciunt homines, argenti copia nulla:
Est tamen est animus facilis qui despicit ista,
Intentusque tuis humilis succurere rebus:
Arte mea, manibusque meis, non iste dolore
Me labor afficiet, nobis acquirere victum
Sufficiam, nosterq̃ decens amor omnia vincet.
Sic fatur Joseph, gaudetque subire laborem
Artis, habens magni sponsæ benefactor adesse,
Quam propter dulces operis cuiusque videntur
Et labor, & sudor regali fustus ab ore.
Nec solidum ligni corpus, nec membra fatigat
Diuinæ sponsæ vultus atque ora videnti.
Ligna manus tractant, oculis & corde Mariam
Intentis, placide corpus mentemque levabat,
Tædia nulla dabant operum molimina fabri.
Ut iuvet ipsa virum non dedignata frequenter
Ducit acum Virgo digitis regina tenellis,
Gau

42 VITA SANCTI IOSEPH.

Gaudet & assuetis manibus deducere fila,
Otia si fugerent, traherent si pensa puellæ
Temporis huius, acus victum tribuente labore,
Vanaque negligeret, vestisque superflua cesset,
Non equidem nostro talis, miserabile, sæclo
Tantaque fæminæ fieret iactura pudoris.
Serica fila trahens vario distincta colore
Artis opus mirum fertur pinxisse Maria.
Sæcula viderunt operis miracula prisca,
Ad nos vix tenuis pervenit fama fidesque,
Purpureum viridemque tulit pictura colorem.
Illic res Christi venturi præscia Virgo
Pinxerat, electis ibat circumdatus heros
Discipulis, populisque dabat sermone salutem.

LIBER

LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM.

Suscipit humanam formam de Virgine Verbum.
Virgo grauem visit sexti iam mensis Elisam.
Aspexit Ioseph claustrum crevisse Mariæ,
Anxius incumbit, curas tamen Angelus aufert.

Sic vbi transierant annorum millia quinque,
Insper expletis centum nonaginta novemque,
Ex nihilo postquam late florentibus agris
Artificis manibus diuini conditur orbis,
Tempore quo primis radijs aurora rubescit
Missus ab Empyrio venit rutilantibus alis
Nuncius à Domino Gabriel Archâgelus urbē
Nazareth, ingressus præcellæ Virginis aulam.
Desponsata viro fuerat cui nomen Ioseph:

Vir-

44 VITA SANCTI IOSEPH.

Virginis & nomen coeli super astra Maria.
 Dicta prophetarum veterū tunc Virgo legebat,
 Et seruam fieri promissę Virginis optat.
 Angelus vt vidit tantis fulgoribus ipsam,
 Admiratus, ave, cui gratia multa residit,
 Est Dominus tecum, cūctis benedicta, perorat.
 At Virgo turbata manet sermonibus istis.
 Ne timeas, fatur Gabriel, veneranda Maria,
 Concipies vtero, paries purissima natum,
 Nomen ei dabitur semper venerabile Iesvs,
 Hic erit excelsus, verusque vocabitur alti
 Filius, atque domo Iacob regnabit, & vltra.
 Angele magne Dei dic istud quomodo fiet,
 Nam Domino vovi corpus seruare pudicum.
 Tum Gabriel, veniet diuinus Spiritus, inquit,
 Miraque obumbrabit virtus altissima cordi,
 Utque rubus viridis qui flammis obsitus alte,
 Et medijs remanens illæsus in ignibus ardet,
 Crystallus veluti, lustrant quam lumina Solis,
 Integra conspicitur radijs illustrior extans,
 Utque

Utque sonus dulcis leuiter tintinnat ad aures,
Atque fit auditus suauī dulcedine sensus,
Sic erit ingrediens Verbū tua viscera pura,
Et tua virginitas sic illibata manebit.
Ecce tui generis natum concepit Elīsa,
Quæ sterilis fuerat sexti iam pondera mensis
Fert grauis: ergo Deus nō viribus indiget vllis,
Omnia nāque potest, qui verbo cuncta creauit.
Ecce ancilla Dei, loquitur regina, secundum
Verba mihi fiat, quæ profers, vera locutus.
O mirū facinus Dominique immensa potestas.
Protinus ex puro Sancto ferebre Mariæ
Sanguine gutte, quas vis stillauit amoris,
Corporis exigui, format quod Spiritus almus,
Materiam primam dilapsę corde dedere:
Infussa que anima ratione & mente capaci
Humanam Verbum naturam sumit eandem.
Nexus hypostaticus vinclo perfectior omni
Quæ longe distant iungens extrema sub vno
Supposito, sæclis non est scindendus in vllis.

Quod

46 VITA SANCTI IOSEPH.

Quod Pater æternus genuit facundus ad intra
 Tempore conceptum Virgo facunda gerebat.
 Tunc Deus infit homo momento tēporis esse,
 Attamen vt fuerat, manet immutabilis, ante:
 Efficiturque Dei Virgo verissimā mater,
 Et pietatis erit, miserisque benigna fauebit.
 Iamque Deo statuit Iudæ montana iubente
 Ire, domumque gravi morbo releuare iacentē,
 Perque virum liceat cupiens sic ipsa locuta.
 Si pateris Ioseph, sine quo mihi nulla voluntas,
 Alta petam temet ductore cacumina Iudæ.
 Cognatam grauidam sexti modo mēsis Elisam
 Fama tulit, cæli monitis inuisere mens est.
 Cui Ioseph, tua nulla venit charissima Virgo
 Res, Dominus magno qua non cumuletur
 honore,
 Sic erit istud iter, dabitur quo gloria certe
 Magna Deo, sterilis si nam facunda vocatur
 Insolitum fiet, quod inens non percipit, ergo:
 Te socius, seruusque libens comitabor euntem:
 Haud

Haud mora , tunc rebus paucis , leuibusque
paratis,

Regia progreditur Virgo sublimis aſello,
Et iuxta charus Ioseph comes additus ibat.
Cælicus innumerus cælo descenderat ordo,
Agminaque aligerū sponſos comitantia castos,
Pluraque psallebant cum Virgine cantica lau-
dis:

Floribus omnis ager signabat amæna vireta,
Plenus odoriferis herbis viret vndique cāpus,
Dulcibus hinc avium resonabat vocibus aer,
Suavis & oblectat , dulcisque melodia cantusa
Reginam regemque suum laudare volucris
Cuncta venit pictis , & versicoloribus alis,
Ex quibus haud longe circum volitantibus alte
Aspiceres pulchram , visu mirabile , nubem,
Christiferam cuius sublimior vmbra tegebat.
Soli homini rerum fuerat non cognitus autor.
Sic vsum rationis habent expertia mentis,
Ast homo mente fruens ignarus abutitur illa.

Ergo

48 VITA SANCTI IOSEPH.

Ergo iter accelera nt, urbem cum turribus altis
 Iam procul aspiciunt, quam dura potentia terre
 Temporis æquauit, veniunt ad magna domorū
 Tecta Zachariæ, celerans occurrit Elisa
 Hospitibus tantis, queis tendit brachia gaudēs.
 Et breuiter dulces amplexus inter adherens
 Nazareth ad sedem dulci sine coniuge tristis
 Flectit iter Ioseph, monitisque reuertere rursus
 Virginis intuitu certus promiserat inde.
 Pluribus ergo domus morbis oppressa iacebat
 Ægra Zacharię, cui linguę perditus vsus
 Extiterat dudum: materno viscere clausus
 Ora puer lacrymis nondum bene ficta rigabat,
 Quod teneros artus dirus depascitur anguis,
 Tamque annis vterū quam prole ferebat Elisa
 Mense graue sexto: cunctis medicina salusque
 Ad fuit aduentu diuinę matris abundans.
 Numinis afflatu cæli mysteria docta
 Capit Elisa loqui: Virgo super omnia pura,
 Vnde ego promerui tam celsū culmē honoris,
 Ut

Ut memet Domini mater modo viferet alma:
Vixque tuus nostras maternas attigit aures
Virgineus, dulcisque sonus, cum saltibus infans
Gaudia significat diro de carcere liber,
Atque tui ventris fructus benedictus habetur,
Credulitate tua celebrare Virgo beata,
Perficietque Deus verbo tibi dicta fidelis.
Mens mea magnificat dominum, regina pro
fatur,

Inque Deo semper, numerat qui sidera coeli,
Nostra ialus oritur, gaudebit spiritus, vnde.
Et quia nunc humilem servam respexit amore,
Gentibus in cunctis, populisque beata vocabor,
Omnipotens sanctusque mihi sublimia fecit,
Progeniesque pium cunctæ videre timentes,
In valida dextra disperfit mente superbos,
Deposuit procures, humilesque exaltat ad astra:
Atq; bonis magnis miserans cumulauit egenos,
Dives auarus abest merito dimissus inanis,
Suscepitque memor puerum clementia Iacob,

D

Vt

50 VITA SANCTI IOSEPH:

Ut loquitur priscis nostris hæc Patribus olim:
 Interea tempus partus felicitis Elisæ
 Venerat, & puerum peperit qui nomine dictus,
 Auspicio cæli muto scribente, Ioannes.
 Atque Zacharias, cui linguæ virgo resoluit
 Vincula prophetavit divino numine flatus.
 Ergo domum Virgo donis cælestibus auctam
 Deserit, & propriam Ioseph comitante tetendit,
 Qui redijt sponsæ monitis his nempe diebus.
 Usque modo pelagi placidū se præstitit æquor,
 Sed mare turbari sævis aquilonibus altum
 Incipit: interdum fluctus ad sidera tollit,
 Et modo præcipites vndas illidit arenæ.
 Reddita cælestis donec tranquillior aura
 Attulit ad portum navim fluctusque serenat.
 Virgineum Ioseph solito plus surgere claustrum
 Viderat, aspectu primo calor ossa reliquit,
 Regius in venis concrevit frigore sanguis
 Protinus obstupuit tamquam qui fulmine tactus
 Exemplo turbatus adest, & nescius heret,

Intuitusque oculis iterum si forte fefellit
Tunc prior aspectus, fætus maiora videbat
Signa pavens, pariter crescūt vterusque dolorq;
Ergo quid ex oculis, inquit, penetrauit ad ima
Cordis, & igniferum veluti præcordia tangit?
Fallor imaginibus, ludunt insomnia mentem?
Num levis abstulerit nostris è sensibus vmbra;
Exule pace procul, turbato corde, quietem?
Verane viderunt oculi, nec falsa fuere?
Hei mihi vera talit sensus cernentis imago,
Et foboles, vterusque grauis iam vera loquūtur;
Ergo his indicijs nostri manifesta timoris
Causa venit, certusq; dolor ferit intima cordis,
Vitaque in ancipiti trutina moritura tenetur.
Delitias huasi cum Virginis ora viderem,
Cur modo dira bibo pretioso vase venena?
Heu dolor! Ille decor vultusque modestia mira,
Summaque virtutum, coluit quas semper, ho-
norem

Tam diræ maculæ violauit crimine nostrum?

52 VITA SANCTI IOSEPH:

Ergo nefas aliquod pura de virgine credam?
 Omnia crediderim, sed non peccasse Mariam,
 Ipsa pudicitie dux est, rectique magistra,
 Sanctior hac dabitur toto non fœmina mundo,
 Nullaque plus veritum numen dilexerit vnquã:
 Scilicet in speculo nitido bonitatis adesset
 Culpa levis? Solem potius nigrescere fabor.
 Testis ego vitæ, tenuit quos optima, morum
 Nec leve nec minimũ conspexi crimen in ipsa:
 Altius hic fieri naturę viribus inquam,
 Quàm scelus in tanta dicam probitate fuisse.
 Non ita diffugiunt deviçtæ sole tenebræ,
 Quam fugit à radijs diuinę culpa Mariæ.
 Si secura manet mentis meditatio nostrę,
 Cur dolor, heu miserũ, visus in imagine torquet?
 Aut arcana latent sensus abeuntia nostros,
 Et Deus occultat, vetuit quæ noscere sensum:
 Aut oculi fallunt verum non certà videntes.
 Credere me liceat tanto discrimine rerum,
 Nũ foret hæc olim priscis promissa prophetis?

At ego non socius custos datus ipse fuisssem.
Digna Maria venit meritis vt mater adesset,
Promissi generi, mea sed peccata resistunt,
Immeritumque fugit tam grádis gloria pectus.
Ergo quid ingenti rerú modo mole sequemur?
Fætus adest notus, nobis incognita causa,
Quam quia non noui crudeli vulnere lædor:
Cordi vulnus inest herbis medicabile nullis,
Ni Deus auxilijs diuinis iuuerit ipse.
Suspicio potuit tantos afferre dolores?
An ego crudelis traducam, lege iubente,
Egregiam sponsam, toto quam diligo corde,
Scilicet vt iactu lapidum moritura feratur?
Durior ipse filex totus sic vulnerer ante.
Obruerent melius lapides præcordia dura,
Quæque gero filicis iactentur pectora saxis,
Quâ teneras, purasque manus ad terga reuinctas
Aspicerem, lævosque pati crudeliter ictus,
An fuga, quas patior, pænas occulta fugabit,
Et procul à causa vulnus lethale tacebit?

54 VITA SANCTI IOSEPH:

An profugus Schytiaë gelidos attingere fines
 Maluerim, chara deserta coniuge, solus?
 Ultima percurram Libyæ deserta peragrans?
 Æthiopum cogar terras habitare remotas?
 An dabitur tellus quæ me remoretur euntem?
 Quis locus excipiet, sponsa patriaque relictæ?
 Aut mihi tendenti fuerit quis terminus orbis?
 Quis revocet tristem toto sic orbe vagantem?
 Vel feret auxilium læso, lassoue iacenti?
 Talia cum secum sobrius sapiensque volutat
 Oppositis dubijs agitur constantia Ioseph,
 Sollicitus curis diuersis angit inherens.
 Fulgetrum veluti radiantis ab æthere lapsi
 Fulguris aerium lubricum decurrere campum
 Cernitur huc illuc, nullaque quiescere parte,
 Semita & obliqua, precepsque volubile fertur.
 Sic animum Ioseph contraria signa trahebant
 Raptatum varijs hinc hinc rationibus alte.
 His tamen excelsi Ioseph prudentia fulsit,
 Zelotypus subiit mentis certamina compos,

Nec

Nec fuit insipiens zelis , nec stulta locutus.
Viderat ambiguum curis purissima Virgo
Magnanimum Ioseph, doluitque quod ipse do-
leret,

Ipsa dolore suo sponsi cruciata dolore.

Non tamen arcanum verbis temerare silendum
Audet , gnara Deum , iustum sine luce relinqui
Non fore laturum dictis factisque fidelem.

Respicit ex alto magnus moderator Olympo,
Gaudet & afflictum tam sævis undique pænis,
Mentibus angelicis stupefactis , ferre triumphū
Insolitum sæclis , sublimi munere dignum.

Nulla retractavit iustus quæ verba profatus,
Indignit solum qua mentis luce carebat:

Attulit hanc roseo pulcherrimus Angelus ore.
O mirū facinus , meritis quod maximus heros,
Quod Deus arcanum voluit celare tremēdum,
Hoc decus , hoc pietas , quæ mæ no debita
Ioseph,

Iure Deum referare iubent, aperireque cogunt.

56 VITA SANTI IOSEPH.

Cum tot defessos curis sopor occupat artus,
 Regibus orte decor, cælestis nuncius inquit,
 Accipe nec dubita, longe timor omnis abesto,
 Coniugio sociam puram super astra Mariam:
 Spiritus implevit diuinus viscera cuius:
 Qui fuerit pulchra de Virgine filius ortus,
 Nomen adorandum cælis dicetur Iesus,
 Ipse etenim populi scelerum Saluator, & autor
 Legis erit, portas referabit sanguine cæli.
 Dixerat, & cæli mysteria cognita clare,
 Atque Sacramentum diuino lumine notum
 Lætitia Ioseph mentemque animūque replerūt.
 Ocyus assurgens, & sponsæ culmine lætus,
 Ingrediens cælum, parvumve cubile Mariæ,
 Pectus & ora humilis terra demittit in ima.
 Mater, ait, Domini, virgo fecunda, parensque,
 En iaceo supplex, clemens ignosce furenti,
 Infedit dubiæ menti cui pessimus error,
 Ut te desererem, mea lux: si tristis abirem,
 Infelix quanta iacuissem clade malorum?

Quis

Quis furor in tanta demens probitate coegit,
Excelsam Domini fidam dubitare parentem?
Erranti veniam confer precor, annue clemens,
Quã mihi si dederis cumulatam luce relinques.
Parce quod in rebus sublimibus inscius egi.
Credo refers vtero regem quem sæcla videre
Expectant, patrumque manent non irrita vota:
Quem cæli regio, totus quem non capit orbis,
Virginis & matris capiunt tua viscera Sancta:
Quod Pater omnipotens genuit sine tempore
Verbum

In te concipitur factum de sanguine puro.
Hunc ego maternis inclusum pronus adoro
Visceribus: fidei perhibebis pignora sacra.
Te Dominam fateor, venies regina subinde,
Mater enim regis mater regina vocatur,
Obsequium Dominae fas sit præstare deinceps.
Audierat Virgo, sponso patefactaque nouit,
Quæ iubet omnipotens cunctis arcana latere,
Læta virum fidei fieri fidumque piumque

Divinae

58 VITA SANCTI IOSEPH:

Divinæ primum tunc incipientis alumnum.
 Proximus è terra dilecto surgere iusso
 Ipsius ante pedes humilis iacet inclyta Virgo,
 Nec potuit Ioseph verbis obstare iacentem.
 Tu mihi tu potius debes ignoscere, fatur,
 Quando quidem pœnas pateris me propter
 acerbas,
 Te precor & cupio cunctas dimittere curas,
 Obruat antiquas lacrymas oblivio tristes,
 Acceptavit enim cordis suspiria cælum:
 Me quoque tunc similes vrgebât corde dolores,
 Non tamen alta Dei secreta aperire licebat,
 Quippe Sacramenti mihi iussa silentia regis,
 Cuius ego placitum teneor servare fidelis,
 Sponte nefas adeo cæli res pandere sacras.
 Chare mihi Ioseph, quem toto diligo corde,
 Numinis ante habitò qui venit primus amore,
 Deprecor, atque dabis perquem mea viscera
 claudunt.
 Vt iubeas servæ, Dominæ non munus habere,

Ex-

Expedit officijs ancillæ lata feratur
Vira mihi, ast aliter fuero solaminis expers.
Iusta peto Ioseph, præsta vir chare quod opto,
Ergo tuis statuit, sub te tutore subesse
Auspicijs magnus stellis qui nomina ponit,
Auxilioque tuo voluit, quem claustra recôdūt,
Cum fuerit natus terris, educere e fructum.
His animus Ioseph dictis ardebat, & almę
Matris, & inclusi materno viscere Verbi
Sic amor in census, quem non sua pectora
ferrent,
Ni Deus auxilijs divinis ipse iuaret,
Dulceque deliquium tum mens animusque tu-
lisset.
Et finibus cordis laxatis plura recepit,
Quam valeant dici linguis, à numine dona.
Cantibus interdum præsens, queis Virgo Maria
Angelicis laudata choris regina frequenter
Planditur, adstabat suavi dulcedine captus.
Tūc quoque dulcisonis avibus modulâtibz ore
M u-

60 VITA SANCTI IOSEPH:

Musica clara sonat festiuis vocibus alta:
Quæque choris insunt diuersis vndique cantus
Auditur dulcis, quæ Ioseph mira videbat,
Laudabatque Deum magnis affectibus ipse.
Auribus intentus, loquitur dum spōsa, manebat,
Eloquium cuius mentem rapiebat ad altum,
Sed memor ipse domi cētrum bonitatis adeste,
Virgineo clausum gremio veneratur, vbique
Cogitat, & cælum, supremi regis & aulam.
Atque domum Sanctam, quam vix spatiosus
Olympus

Invidus æquaret, tria parva cubicula solum
Continuisse ferunt dominis felicibus ampla:
In quorum primo fabrilibus vsibus apto
Tractat opus, suffertque libens exercitus arte
Fabrili, regum fulget qui sanguine claro.
Est vbi nocte Deum mens oportuna secundum
Orat, & accumbit cum fessus cellula Ioseph.
Quod superest hominum linguis quis dicere
possit?

Nam

Nam locus illud erat quem regia Virgo beatis
Incolit aligeris semper comitata ministris.
Lectulus hic manibus Ioseph pretiosior auro
Ex lignis fabricatus erat, præstantior illo
Quem fecit Salomon, eboris sublime sedile.
Ingrediensque locum sponsæ castissimus heros
Qui magis almus adest, cælique beator oris,
O favor, ò pietas! materno viscere Verbum
Vidit, & humanâ sumptam de Virgine formã.
Inclusam veluti nitida cum forte videmus
Crystallo effigiem Iesv, Sanctive Ioannis.
Hæc hominum nulli legimus concessa fuisse,
Sed meritis Ioseph solum servata leguntur:
Fas erat angelicos omnes æquare ministros
Omnibus ex natis qui purior astitit illis.
Tum venerabundus vultus in Virgine figens
Ante thronum Verbi supplex humilisque iacebat.
Natalemque Dei Sancto properabat amore.
Egredere ò magnum decus allature, nec vllas
Vir-

Virgineus thalamus cælo iucundior omni
 Iniectet morulas dulces, causasque morandi.
 Egredere è matris claustris, vterumque relinque
 Quo tibi suscepto nullus circumstet horror:
 Linque genitricis prædigna habitacula tandem,
 Et mundum noctis fæda caligine cæcum
 Lux tua clarificet depulsis igne tenebris;
 Et cum terribilis rumpas ergastula mortis
 Ianua cælestis credentibus ampla patebit.
 Optimus hæc Ioseph Verbo suspiria mittit
 Virginis expectans optati tempora partus.

LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM.

Nascitur in Bethlem Christus de Virgine matre?
 Stella magos docuit pueri cunabula Iesv.

VITA SANCTI IOSEPH. 63

Impiūs Herodes inhiabat perdere Christum;
Admonitus Ioseph Nilotica regna peragrat,

Pax erat in terris martis cessante furore,
Sævaque depositis Bellona quieuerat armis;
Tota sub Augusto Romano Cæsare tellus,
Ter gemini Iani Numæ post tempora valvis
Clausis horrifonis, alte paccata filebat,
Cum iubet Augustus totum describere mundū,
Imperat, & cunctos homines persolvere cēsum.
Cæsaris edictum Ioseph peruenit ad aures,
Quod Syriæ fuetat manifestum à præside cūctis.
Tunc propriam Ioseph statuit Davidis ad urbem
Tendere, vt ipsius nomen scribatur ibidem.
Bethlemita quidem fuit alta ab origine Iese.
Tempus erat, quo Sole dies breviorē minores
Efficiunt gelidum sēvis aquilonibus orbem:
Cum glacialis hiems forma spoliauerat agros,
Arboribus sine fronde sua sine veste relictis,
Cum riget omnis ager, species cui pulchra re-
cessit,

Cum

Cum nivibus terras, euro resonante, December
Sic operire solet, videantur vt omnia cana:

Cum pecudes cavēas, homines sua tecta frequentant,

Et volucres hiemis pauidæ loca tuta requirunt,
Depositoque silent in idonea tempora cantu.

Horrida frigoribus patitur cum multa viator
Expertus ventos, & aquas incommoda pauper.

Tunc iter aggredirur Ioseph cum cōiuge Sācta,
Spiritus, sine fine dedit quos rector Olympi

Istius esse viæ comites fidosque ministros,
Præter mille alios solitos servare Mariam,

Rectorem cæli, quem Sancta puella gerebat
Visceribus puris clausum, laudantibus hymnis.

Temporis ærūnas, queis Virgo subesse volebat,
Perpessi veniunt urbem, cum mergit in undis

Solis equos Phæbus, cum nox obscura propinquat.

Ingressi querunt vbi censum soluere oportet,
Nominibusque datis, pariter soluere tributum

Cæsareum : quo magna latent mysteria facta.
Ex hinc ad veteres Ioseph tendebat amicos,
Vt teneræ hospitium sponsæ, lectumque pararet:
Non tamen excipitur, multique dedere feroces
Aspera verba viro posita pietate repulso.
Pulsus ab ingratis iam diversoria querit,
Hospitibus sed plena manent, & nulla lucelli
Spes erat admissis, quæ sola mouebat avaros.
Et caruere loco cælumque Deumque ferentes:
Impia corda hominum, fortisque ignara be-
nignæ!

Nescia cælorum renuunt admittere regem.
Dicite vos animæ, quas emit sanguine Christus,
Anne erit vna Deo cordis quæ limina pandat?
Quæque locum puero qui nobis aduenit aptet.
Hospitium matrique dabit, rectisque reponat,
Non cupit auratis constructa palatia tignis,
Marmoreæve domos, opulenta nec atria regū,
Quæ sine labe manent Dominus sibi corda re-
quirat.

66 VITA SANCTI IOSEPH.

Pectora tunc cernens humana simillima saxis,
 Duritie silices, vinci feritate leones,
 Ex oculis Ioseph lacrymis ita fatur obortis.
 Chara mihi connux, cæli regina, dolore
 Non leuiter crucior, pateris quia noctis acerbæ,
 Cordibus humanis, & tectis, frigora, clausis:
 Quod nunc, ò Virgo, superest in rebus egenis,
 Quando cuncta movens ita fert divina volūtas,
 Non procul hinc huius vacuum sub mænibus
 - virbis
 Est antrum, memini, gregibus domus apta tu-
 endis,
 Hoc tutamen erit, quo nocte tegemur opaca,
 A vi ventorum, niviumque tuebitur illud.
 Sic ait, & ducens qua vix occulta docebat
 Semita, speluncam tandem tenuere beatam.
 Percussi silicis primum scintilla refulsit,
 Excitat & folijs iniecto fomite flammæ:
 Tunc purgare specum fidissimus incipit heros,
 Officijs humilis cupiens servire Mariæ.

Invidit cælestis ei, quam mittit Olympus
Turba ministrantum, positis qui protinus alis
Certatim mandare solum, convexaque tecti
Incipiunt, palmasque ferunt, dum verrere gau-
dent.

Ignem, ciboque leui, Ioseph curante, levatis
Viribus, vt soliti djuinis laudibus ambo
Invigilant, noctemque Dei sermone trahebant,
Forte erat, ò mirum! præsepe capacius, illic
Vt potuit Ioseph præcelsæ Virginis aptat
Molliter extructū thalamum, suadetque quietē.
Interea in partem vir sese condidit antri
Diuersam, viditque modis cælestia miris
Sensibus abstractus: media sub nocte serena,
Quæ fuit in cunctis totum miranda per orbem
Actis in seclis, tandem felicior hora
Illuxit nobis, ævi melioris origo,
Cum paleas inter, mundo quo mitteret ignem;
Factus homo pura prodit de Virgine natus,
Filius ipse Dei summi, scelerunque Redemptor

68 VITA SANCTI IOSEPH.

Humani generis faciens nos tendere ad altas
 Angelicas sedes Coelestia regna recludit.
 O fors, ò pietas non debita summa tonantis,
 Quæ facit æternum, magnus quod fudit ab alta
 Mente Pater Verbum, mortali in carne venire,
 Ut redimat culpas, hominumque subire labores,
 Quos ubi natus adest infans expertus abunde,
 Atque hominis veri lacrymæ tunc signa dedere.
 Vocibus angelicis, ò nox celebrata sonoris,
 O nox quæ noctis depellis clara tenebras,
 O nox quæ vincis meliori lumine Solem,
 O nox, ò cunctis merito prælata diebus.
 Quis laudem istius noctis, quis munera verbis
 Explicet, aut possit linguis celebrare nitorem?
 Culpa antiqua ruet paradisi nata viretis,
 Inter amæna latēs homines ubi perdidit anguis:
 Imperio dabitur finis, cui Dæmonis astu
 Invidiaque sumus miseri dare colla coacti:
 Pulchrior existit mater purissima partu,
 Et sine iactura fulgens illæsa pudoris:

Ac

Ac veluti madidam radijs cum vespere Titan
Adversam feriens nubem splendoribus implet
Aut vbi crySTALLUM nitidam lux clara penetrat,
Aut velut auroræ labens argenteus imber
Lilia perfundit fragantia roscida rore,
Non aliter nubem, crySTALLUM, lilia, Virgo
Mille modis superans lucis candore refulget
Iustitiæ Solis iubaris lustrata nitore.
Tum subito Virgo tanti miracula partus
Mente volutabât genitrix, oculisque iacente
In puero fixis, iunctis ad pectora palmis,
Numen adorabat nostræ velamine formæ
Humanæ latitans puris affectibus ardens,
Quos non angelici possint cognoscere Divi.
Tunc vocat egregiû Ioseph, qui cernere primus
In terris meruit Verbum sub imagine nostra:
Et simul ac vidit credens hominemque Deum-
que,
Et genua inflectens supplex & pronus adorans,
Salve Sancte puer Patris verissima proles.

Omni-

70 VITA SANCTI IOSEPH.

Omnipotentis, ait, cunctis antiquior annis,
 Nunc genitus qui semper eras a mente paterna;
 Nomina magna tibi veniunt communia Patris,
 Est eadem Deitas, eademque essentia pura,
 Simpliciter simplex perfectio cuncta relucet,
 Cui Pater omne dedit, si demas esse parentem,
 Quippe relativum fieri commune repugnat.
 Nunc minor effectus, sed non variabilis vna
 quam,

Quam te perpetuo collaudans Angelus ore.
 Cresce puer, vinclisque iube nos ire solutos,
 Dura catenatos clades quos traxit Adami:
 Crescito magne puer nobis & perdita regna
 Restituas victor, sævo sub tartara misso
 Dæmone, vexillis cæli rutilantibus arce.
 Tu quoque Sancta parens, nostræ quæ causa
 salutis,
 Fons & origo venis, pietas, clementia, virtus,
 Lux hominumque decus, calorum gloria,
 Salve.

Sal-

Salve iterum Virgo, pueri quam gratia nati
 Elevat ad culmen, quam possim dicere maius,
 Omnia te laudent, cælum, Sol, sidera, Luna:
 Empyrii regina potens venerabere Divis,
 Cum caput augustum stellis diadema coronet,
 Virgineo que iubar Solis lucebit amictu,
 Lunaque sub pedibus numquam magis alba
 nitescet.

Quid repetam cæli, queis gaudes, inclyta dona,
 Cum centum bis mille libri, nec plura valerent
 Ora referre tuas celsas à numine laudes.

Dixit, & ex alia superi tum parte ministri
 Gloria in excelsis cæli regione canebant,
 Aligerique leves fulgoribus aera lustrant.

Angelus assitens timidis pastoribus inquit,
 Magna fero vobis, & mundo gaudia, Iesys
 Salvator generis natus, nolite timere,
 Est hodie, infantem cum matre videbitis alma
 Implicitum pannis, humili in præsepe iacentem.
 Pastores igitur caulis abiectis,

Et

72 VITA SANCTI IOSEPH:

Et videre Deum, loquitur velut Angelus ipsis,
 Cordaque gaudentes admirabunda tenebant,
 Ruris adorantes munuscula parva reponunt
 Non ingrata Deo, qui nusquam vilia temnit,
 Cui placet è nobis solum sincera voluntas.
 Cunctaque virgineo servabat corde Maria,
 Bis quater interea fulgens aurora refulsit,
 O dolor & pietas ! cum circumciditur infans
 More suæ gentis, veluti lex prisca docebat.
 Ipse subit legem qui nulla lege tenetur,
 Conditor & legum voluit sub legibus esse.
 Nomen & impositum cunctis venerabile Iesus,
 Angelus egregio quod iam prædixerat ore.
 Tunc quoque per tractus est visus fulgor eos,
 Stella facem ducens regis cunabula nati
 Edocuit reges verum splendore locuta.
 Insolitum facinus reges audire loquentem
 Vera ! quis auderet cælo nisi fidus ab alto?
 Ingressi Solymas de nato rege rogabant.
 Audiit Herodes, & mens turbata tyranni

Effe.

Efferat, cum populo vultu qui pendet ab eius.
Consulit & doctos scribas, legumque peritos,
Christus ubi veniens nasci deberet, at illi
Aiunt in Bethlem, sic stat sententia vatum,
Clam vocat ipse magos, & noscens sideris orti
Tempora, quod visum referunt orientis in oris,
Ite, ait, in Bethlem, puerumque requirite natum,
Ut monitus veniens infantem pronus adorem.
Tunc abiere magi stella ducente corusca,
Intrantesque domum, quæ vere regia cæli,
Invenere Deum procures cum Virgine matre.
Numen adorantes puerum coluere Latria,
Thesaurosque aperire iubent, & regia dona
Exhibuere, ferax indus quæ mittit eovs,
Aurum nimirum, myrrham, cum thure sabæo:
Rex, Deus, Humanus signatur munere Christus.
Diversisque vijs cæli responsa secuti
Ad propias oras tendunt Herode relicto.
Protinus ad Ioseph, somno cū membra levaret,
Aliger aërio lapsus per nubila cursu

Nun-

74 VITA SANCTI IOSEPH

Nuncius è cælo roseo sic ore locutus.
 Progenies David, regum generosa propago,
 Accipe cum puero matrem, Nilotica tellus
 Est quærenda tibi, Memphitidis ora tenenda,
 In mare per septem præceps vbi guttura Nilus
 Exit, ibique mane, reditus dum nuncius adsim,
 Quæret enim puerum cupiens occidere Christum
 Rex ferus Herodes humani sanguinis hostis.
 Auscultans dictis paret fidissimus heros,
 Pignora chara ferens ægyptiæ regna peragrat.
 O nimium felix Ioseph cui credita matris,
 O decus, ò favor! & pueri custodia Iesv.
 Salvatoris ades servator maxime Ioseph,
 Gratia seraphicis ne dum commissa ministris,

LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM.

Herodes pueros Bethlemi finibus ortos
 Occidit gladio : Joseph cum Virgine Iesum
 Servavit fugiens peregrinus Memphis ad oras:
 Nazareth angelico monitu mox tendit ad urbem.

Herodes postquam dirus contemptor honesti,
 Vidit abire magos, sua nunc frustrata relinqui
 Consilia, infremuit rabido implacabilis ore.
 Mille viros mittens pueros occidere iussit,
 Bethlemi natos, & cunctis finibus eius,
 Matris ab vberibus raptos, tunc vndique clamor
 Exoritur, Rachel plorabat mæsta nepotes.
 Ceu flores citius natos sub vere priori
 Turbine corripuit cum trux insibilat Eurus.
 Non aliter pueros primævolimine vitæ

76 VITA SANCTI IOSEPH.

Abstulit infantes violentia dira tyranni,
 Primitias Christi, queis fulget purpura regis.
 Finibus interea Ioseph tum Virgo puerque
 Iudeę properant exire, novosque subibant
 Externosque lares quærentes extera regna.
 Cælica lux Divos ducebat semper euntes,
 Cælitibusque decem comitari millibus ibant,
 Visibilis cunctis aderat tunc forma venusta,
 Quæ fuit à solis peregrinis cognita nostris.
 Exul abest opifex rerum, qui cuncta creavit,
 Ut nos exilio miseratus liberet isto.
 Iudea egressi primum deserta locorum
 Longa pererrâtes subeunt incommoda passim,
 Nam per arenosi dum tendunt invia campi
 Frigora magna diu perpessi, nocte sub axe
 Æthereo stabant, tegumen fabricare solebat
 Palliolo Ioseph, lignisque, quod alma tegebat
 Chara suo cordi, melioraque pignora cæli.
 Ventorum vis magna furens fundebat aquarum,
 Et nivium ruptis ingentes nubibus imbres:

Quin

Quin etiam ausa fames profugos invadere
sacros,

Nullaque deserta fuerat regione ciborum
Copia, nec victum magni vigilantia Ioseph
Quærere sufficiens, cordis suspiria mittit:

Has tamen ærumnas Virgo, cœlumque levavit,
Nam Pater Omnipotens concesserat esse
Mariam

Reginam mundi rerum, Dominamq̃ potentem.
Utitur imperio Virgo, ventosque furentes,
Ne pũero noceant, placidas convertit in auras,
Et zephiros lenes, gratusque favonius afflat:
Partitum Regina potens cum Numine rerum
Obtinet imperium, parent elementa Mariæ.
Insuper instaurant vires, animique vigorem
Ambrosijs dapibus dulci cum nectare missis
Angelicis manibus summo de vertice Olympi.
Cælicus iste cibus venit pretiosior illo
Cui sapor omnis erat suavi dulcedine Manna.
Gnarus erat Ioseph miræ novitatis, & vnde

Ve-

78 VITA SANCTI IOSEPH:

Venerat auxilium, castasque ad sidera palmas
 Protendens magnæ laudat miracula matris.
 Jamque viatores nostri deserta relinquunt,
 Atque per Ægypti placuit discurrere plagas
 Iustitię Soli, populisque caligine mersis
 In tenebris mortis, cæcaque habitantibus um-
 bra,

Sol oriens Christus tenui sine pondere nube
 Ingrediens cæli fecit splendescere lumen,
 Ad nigra dæmonijs deiectis tartara cunctis,
 Quæ vates spirante Deo prædixit Esaias.
 Gens erat idolis Ægyptia tradita falsis,
 Mortua quę faciunt homines simulacra colebat,
 Vana superstitio, populi modo risus inanis,
 Venerat Ægypti late bacchata per oras:
 Effictas Dæmon habitabat vbique figuras,
 E quibus æquivocis verbis responsa ferebat
 Decipiens miseros, inhians Deitatis honores.
 Omnis ad adventum Iesu sculptura ruebat,
 Cuncta figura cadit, fallentum magna Deorum

Tcm,

Templa ruunt , strepituque cadunt trepidantia
monstra

Tartarea in partes cacas Acherontis averni.

Tunc Ægyptiaci tanti cognoscere motus

Sollicitant causam pauidi , metuuntque ca-
dentum

Iram spirituum , Virgo quos optima verbis

Dulcibus alloquitur , pluresque feruntur amore

Hospitis egregiæ , docuit quæ numina dici

Dæmonas esse nefas , nec tali nomine dignos,

Esse sed immundos lemures , quos Cerberus
ater

Torquet , & yltrices subeūt per sæcula flammæ:

Est Deus vnus , ait , terre cælique creator,

Omnipotens , iustus , sapiens , æternus , vbique

Existens , rerumque venit fons , finis , origo.

Non tamē est solus , quoniam fecundus ad intra,

Filius est genitus Patris sine tempore mente,

A Patre cum Nato procedit Spiritus almus,

Sic Persona triplex , Deitas est omnibus vna.

Hunc

80 VITA SANCTI IOSEPH.

Hunc opus est nobis totius mentis amare
 Viribus, auxilio cæli pia corda iuvante.
 Hæc eadem Ioseph cælesti prædicat ore,
 Eruditque viam cæli, portumque salutis,
 Mortaline manufactis divina dabuntur
 Iura? Quis, aiebat, compos rationis adoret
 Arte laboratum marmor, vel sculprile lignum?
 Vidistis statuas vestras cecidisse, nec illas
 Vis iuvat vlla potens: ergo Deitate carere
 Arguitur, Deitas subiisse pericula nescit,
 Temnite mortales votis, precibusque vocare
 Numina falsa Deum varijs fallentia verbis.
 Hæc Ægyptiacos populos tum maxima Virgo,
 Tum magnus Ioseph puero spirante docebant
 Dum profugi quæerunt septemplicis hostia Nili.
 O felix regio mundi sæcundior ora,
 O felix iterum tantis edocta magistris.
 In queiscumque locis fecit miracula Iesus,
 Virgoque cum Ioseph pueri virtute potentis
 Plurima fuderunt hominum superantia linguas.

Scri

Scribere si vellem peregrinis edita nostris
Facta voluminibus possem comprehendere nullis.
Non tamen hoc vnum mirum memorare silebo.
Hermopoli exiterat ramis & frondibus alta
Arbor ab indigenis multos venerata per annos;
Tempore iam longo Dæmon habitabat in illa,
Et dubijs verbis resonans oracula dirus
Hermopolis cives misere fal ebat, & vna
Finitimos populos captabat fraudis amator,
Hunc puer vt vidit miseris dare iura dolosque
Iprocul ad tenebras, cocyti stagna reuise
Nigra ferox, inquit, tum, res mirabilis, arbor
Dæmonis imperio iam prorsus libera ramos
Inclinat puero Iesv, grâtes que rependens
Dulcia poma tulit, fructusque ferebat opimos.
Littora dum Nili profugi distantia quærunt,
Urbibus Ægypti Ioseph mendicat egenus,
Dum nequit arte cibos tenues acquirere fabri,
Exiguum precibus poscens à diuite victum
Divinæ matri, quæ lactat ad vbera Iesum.

82 VITA SANCTI IOSEPH.

Sic mendicatis puer cſcis veſcitur ille,
 Cuius ad imperium vivit genus omne animātū.
 Divitis auſpicijs venit fortuna ſecundis,
 Quandoquidē manibus largis valet eſſe beatus:
 Dives egenorum turbæ ſuccurrere diſce,
 Nam Domino tribuis, quando ſuccurris egeno.
 Non ego divitijs inſontem dixero plenum,
 Si pietate carens miſeris alimenta negaret.
 Lucifer interea ſtygius ſimulacra vetuſta
 Defeciſſe videns, penitus ſua diruta fana,
 Dentibus infrēdens orbem circumdedit atrox,
 Invenitque nihil toto novitatis in orbe.
 Ægyptum veniens puerum cum matre notavit,
 Non tamen extimuit magnum, ſolumque
 veretur

Matrem ſpirituum victricem ſæpe malorum.
 Conciliumque vocans rabido ſic intonat ore.
 Lucifugi manes, ymbrarum pallida moſtra,
 Quos cremat æternus nigris fornacibus ignis,
 Quæ vos deſidiæ retinent, ò turba nefanda,

Quis

Quis veteres statuas vos deservisse coegit
Præcípites strepitu valido sub tartara missos?
Anne puer nudus, cuius muliercula mater
Paupere cum fabro vosmet turbare valebunt?
Odor atque furor toto tremebundus in orco!
Me duce dæmonia Ægyptum delecta venire
Expedit, hosque vagos è vita tollere tristes:
Nan licet his victis non sit victoria grandis,
Attamen humani rabies sitibunda cruoris
Incitat expleri, saturareque guttura suadet,
Si sitis extigui tantillo sanguine posset.
Dixit, & Eumenides diræ pro crinibus angues
Portantes ibant, ibat rex ipse superbus
Obsitus agminibus duræ legionis averni.
Mille bis à nostris peregrinis agmina Ditis
Distabant passus, propiusque accedere virtus
Desuper obstiterat, spatium superare vetabat
Magna Dei genitrix, pueri que potentia Iesu.
Dæmones è contra nituntur viribus, atque
Sæpius insistant conati plurima frustra,

84 VITA SANCTI IOSEPH.

Sæpe tamen virtus eadem remoratur euntes,
 Acrius incumbunt rursus molimine magno
 Omnia tentantes, donec cum principe diro
 Æternas erebi fremitu mittuntur ad umbras.
 Lucifero tandem devicto demone, nostri,
 Iam peregrinatis populosis urbibus, intrant
 Quæ caput est cunctis, & Solis nomine dicta.
 Pristina facta virum nō sint tua gloria Memphis,
 Nec Ptolemæorum iactentur stemmata regum,
 Pyramides fileant veterum monumenta virorū,
 Altaque mergat aquis lethes obliuio, quando
 Actiaca pugna fugiens Antonius arma
 Cæsaris Augusti, subeat ne vincla triumphī
 Occubuit gladio, coniux Cleopatra catenas
 Aufonias fugit, Romam captiva videre
 Noluit aspidibus moriens ad pectora iunctis.
 Hospitibus iam clara tuis hæc omnia cedant.
 Omnibus indiguit nulli tunc cognitus heros,
 Non tamen erubuit pro tanta Virgine victum
 Mendicare pius regali stirpe creatus.

Forte

Forte domum parvam potuit conducere laetus
Angustamque nimis, pueri praesentia Iesv
Reddidit angustam similem caelestibus aulis.
Ingreditur Ioseph, sequitur Sanctissima Virgo
Cum puero teneris quem mater baiulat vlnis.
Conductas habitat caelorum conditor aedes,
Regia cuius adest spatij sublimibus ingens,
Cui thronus Empyrium celsum, cui terra sedile.
Exitit haec fessis requies optata viarum,
Nam licet est animus quosvis tolerare labores
Magnanimo Ioseph, sponsae puerique dolebat
Anxius ærumnis, curatque leuamina fidus.
Nuda domus fuerat nullis instructa tapetis,
Non ope barbarico fulgentia stragula velant;
Nec picturatis regitur domus ista figuris.
Divitibus nimio consuetis vivere luxu
Non hæc conveniunt nostri documēta magistri.
Ergo labore suo vigilabat, & impiger omne
Quod poterat Ioseph vultus sudore lucrari,
Hoc puero Iesv, matrique sacrabat alendis:

86 VITA SANCTI IOSEPH:

Optima tum niveis manibus quoque licia trac-
rans

Candida multiplici variabat fila colore,
Atque modis varijs absolvens sutile pensum,
Ingeniosa dabat manuum miracula Virgo.
Evenitque pias matronas Virginis almæ
Ore decoroso cœli spirante nitorem
Eloquioque simul captatas dona dedisse
Parva, sed afflictis fuerant accommoda rebus;
Munera muneribus cœli regina rependit
Ordinis alterius, docuit nam vivere Sancte;
Agnitione Dei signata mentibus alta
Ipsa salutiferis donis adiuvit abunde.
Empta fuit similis domui iam parva supellex,
Quæ officijs inopum perhibetur idonea tantum;
Et thalamum matri, puero cunabula fecit
Ex tabulis Ioseph propria tunc arte dolatis:
Non opus ista modo pretio foret empta fuisse.
Dulcia magnus amor reddebat cœtera quæque,
Nec labor afflixit durus, nec tristis egestas.

Mul-

Multoties eius puerum pia brachia tollunt,
Mistaque blanditijs puerilibus oscula iungit.
Quæ desiderio nimio cupit Angelus ora,
Intuitu dulci fruitur felicior illo.
Insper expletis bis senis mensibus anni
Natalis Iesu, clara tum voce repente
Infans alloquitur, rupitque silentia primum.
Chare pater, cælo statui descendere ab alto,
Ut sim lux hominum peccati nocte fugata.
Pastor oves quæro dispersas vndique culpa,
His ego collectis æternæ pabula vitæ
Largiar, & cæli pandentur limina clausa
Tot sæclis, eritisque meæ vos lucis alumni
O pater, & mater nostri fidissima cura.
His dictis incensus amor lætatur honore
Nominis excelsi, Divum quod non habet vllus;
Filius ipse Dei tenero vocat ore parentem
Magnanimum Ioseph, patris qui possidet vnus
Nomen & officium, genitorque putatur Iesu:
Tum genibus flexis dignas de pectore grates

88 VITA SANCTI IOSEPH:

Promere suppliciter cupiens, & gratus adesse
 Perstitit ante Deū pronus, precibusque rogabat
 Muneris efficiat dignum, lucemque benignam
 Desuper infundat, qua mens, animusque se-
 quatur

Quod fuerit iustum Sancta Deitate iubente,
 Audiſt hæc Virgo natum patremque loquentes
 Lætaque cum nato sponſi congaudet amore:
 Parvulus in gremio matris docet iſta recumbēs.
 Prima magiſterij Ieſu fit Virgo cathedra,
 Veſpertina crucis fiet mirabilis arbor
 Laureola rubra, prior eſt candore coruſca,
 Sic cathedras Ieſus pro me moderabitur om-
 nes.

At Virgo teneræ gaudens obſtacula lingue
 Eſſe ſoluta videns, natalis luce novata,
 Mollibus explicuit puerū, quibus integer annus
 Implicitum vidit pro nobis atque ligatum,
 Faſciolis, tunica teneros tunc induit artus
 Virgineiſ manibus quam fecit ſedula mater:

Ves

Vellera pollicibus deducens stamina fuso
Neverat, & tenui percurrit pectine telam,
Egregie artificis mirum inconsutile dorum,
Exigui solum mei suram corporis æquans,
Sed puero crescit crescente, subitque tenorem.
Gens domui propior virtutem laudibus effert
Virginis & Ioseph cælo, maiorque videri
Omnibus incepit, quam sæclis visa sit ullis.
Fama peregrinos tota laudabat in vrbe,
Advenisse virum iustum cum coniuge Sancta
Moribus insignes cunctorum corda ferentes,
Virtute egregios, nulli pietate secundos:
Præcipue pueri maiestas, forma, decorque
Non hominis puri facies, habitusque decorus
Plauditur, & nostræ triados super æthera fertur
Nomen ab indigenis habitant qui mænia Mem
phis;
Quos pia Virgo bonis cumulat, præstatque sa-
lutem
Corporibus satagens animas acquirere cælo:

Abf.

90 VITA SANCTI IOSEPH:

Abstulit à multis morbos, & prædicat vnum
Esse Deum verum, multorum vulnera sanans
Admonet idolis cultum non esse ferendum,
Allevat infirmos, peccata odisse iubebat.
Virtutemque sequi; tactu lenire dolores
Feminei sexus, verboque levare virorum
Efficiebat, amans ipsos peccasse dolere.
O Virgo sapiens hominum perfecta medela
Corporis atque animi pariter medicamina præ-
bens.

Jungitur his socius Joseph fidusque minister,
Adiutorque viros tactu sanabat & ipse
Infirmos, quorum non attestare decebat
Ulcera concreta sanie putrefacta Mariam,
Sic partitur opus medicandi sponsus vterque.
Sit mihi fas gestis posuisse silentia rebus,
Quis radios Solis, maris aut numerabit arenas?
Sed non o mittam fontem memorare salubrem
Non procul à muris per florea prata fluentem:
Fontis aquas huius perhibent hausisse frequenter

Re-

Reginam cæli & Ioseph, lauiffeque nati
Lintea multoties clavis salientibus vndis,
Et venit vsque modo manantis vena perennis,
Et latices fontis febribus medicina feruntur.
Relligionis adhuc fons hic vestigia seruat.
O felix regio Nili celeberrima tantis
Holpitibus, similes orbis non viderit vnquam.
O si Christi adum regum coniuncta venirent
Arma per Ægyptum superatis vrbibus eius,
Sic iter ad Solymas fieret, fortuna iuaret
Fortiter audentes, & Christi nominis ingens
Gloria fulgeret, Solymorum manibus altis
Diuictis, fidei nostræ vexilla volarent.
Sed dolor! Hispanus rex Ferdinandus ab oris
Masyulis victor magna cum classe parabat
Vincere Niligenas, Solymis victricia signa
Hinc equidem veheret, ni galli ichisma Loisi
Itaque turbasset Petri Pastoris ovile.
Ast modo bellatis turcis, faxit Deus, armis
Cæsareis dabitur domini reparare sepulcrum.

92 VITA SANCTI IOSEPH:

LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM.

Angelico monitu sedes rediere paternas
Caelestes profugi, vinis Herode perempto.
Cum Solymas irent Iesus absconditur iplis:
Postmodo latitiam Iesv reperere reperto.

Septimus interea diuinis vertitur annus
Exulibus: Ioseph placidam per membra quietē
Cum daret, athereis volitans à sedibus altis,
Qui pedibus plumas, humeris celer addidit alas,
Angelus Ægyptum veniens, & Solis ad urbem
Magnanimum Ioseph loquitur sic ore venusto.
Magne Dei custos, matris comes alme fidelis,
Liber ab exilijs, quæ tot perpeffus in annis,
Mænia iam Memphis, tum Nili desere plagas,
Assu-

Assumens puerum, matremque reversus adibis
Regna quibus tribubus duodenis omnis hebræa
Gens habitat, quoniam vita periere relicta
Quærentes puerum, crudeli rege perempto.
His monitis Ioseph Domino parere parabat,
Præceptumque Dei sponsæ, pueroque revelat
In cunctis natis hominum fidiissimus vnus.
Tristibus & reditum multis patefecit amicis.
Protinus audiri gemitus, vocesque precantum
Incipiunt, omnisque domus lamenta sonabat
Auditur luctus, tristis per compita clamor.
Non secus inanis si sævis hostibus omnis
Funditus vrbs rueret gladio peritura vel igne.
Sic erat hospitibus nostris abeuntibus vrbe.
Et nisi conformis decreto Numinis esset
Exitus, haud equidem cives paterentur abire
Vrbe peregrinos lacrymis precibusque coactos
Ast Domini vicit constans æterna voluntas:
Supremumque vale pleno singultibus ore
Tunc nostris dixere pij, quos optimus heros

94 VITA SANCTI IOSEPH.

Solatur tristes, & gaudia vera precatur.
 Ergo iter incepit Ioseph, Méphimque reliquit,
 Dulciter innectens inter sua brachia Jesum
 Angelicis manibus Virgo conscendit asellum,
 Et comes hærebat Ioseph generosus Acharis,
 Qui pedes ibat, amor dulces faciebat euntis
 Quas dat iter pænas, & vultus ore sereno
 Ostendens hilares cessasse laboribus vllis
 Est minime visus, sed constans omnia suffert.
 Angelicoque viam tendebant agmine septi,
 Continuis centum decies custodibus almis
 Cælitibus scripto cunctorum pectore lesu.
 Obvia languentum procedit plurima turba,
 Auxiliumque petens Divos inclamitat ore,
 Nec sua spes miseros votis concepta fefellit,
 Ægrorum siquidem relevabant corpora morbis
 Cuncta viatores Sancti, stygiosque dracones
 Insuper eijciunt, sedesque revisere cogunt
 Tartareas, nec erat pellentum cognita virtus.
 Urbibus Ægypti tandem populisque relictis

Inc

Invia venerunt deserta silentia late,
In quibus assimiles quos scripsimus ante labores
Sustinuere, cibique premit pænuria Divos:
At puer in manibus pani benedicere sumpto
Affolet, & panis mire clementa tenebat:
Hæc mihi visa sacri penitus prolusio panis:
Terra carebat aquis liquidis, sitis ora cremabat,
Ast pueri iussu manabant vndique fontes.
His miris aderat Ioseph, gaudetque creatas
Res obedire Deo Iesv qui condidit illas.
Iam peregrinantes nostri deserta relinquunt:
Vtque Palestine regio contermina Iudæ
Visa fuit, patrias gaudent tetigere quod oras:
Sollicitus Ioseph Solymas intrare recusat,
Filius Herodis regni nam sceptrum tenebat,
Præcavitque timor, si forsitan ira paterna
Cesserit heredi veluti pars vna bonorum.
Qua propter voluit Galilææ Nazareth ire,
Hac etenim Iesvs oriundus ab vrbe vocandus.
Antiquamque domum, propriosque habitare
penates

Est

96 VITA SANCTI IOSEPH.

Est animus, siquidem puer hac regione lateret.
Tempore quo Ioseph dulces patriamque do-
mumque

Deseruit, curam Sanctam tenuisse propinquam
Matronam perhibent, cui commendaverat
absens

Res domus exiguas, mulier quas reddere fida
Nunc dominis gaudet, proprijs quos læta recepit
Ædibus, & reduces dulci sermone salutat.

Ingreditur Virgo parvum Sanctumque cubile,
In quo visceribus Verbum concepit, adorans,
Et meminisse iuvat laudabile tempus & horam,
Ancillam Domini cum sese Virgo profata,
Ipsiusque Dei mater sublimis habetur.

Tunc præ lætitia lacrymas effudit, & ima
Deiectus terra Ioseph cum Virgine grates
Ad Dominum retulit, quod tot discrimina passi,
Exiliumque diu, patrijs consistere tandem
Sedibus est licitum, notisque quiescere tectis.
Præcipue pueri probitas maturior ævo,

Luminis arcanus cultus, frontisque serenæ
Inclyta maiestas matrem delectat adulti.
More suo Ioseph curis se accingere solers
Incipit, & victum puero, matrique laborans
Acquirat, natis hominum felicior vnus,
Cui labor, & vultus sudor benedictio cæli
Larga fuit, reliquis culpæ maledictio sudor
Et labor est, dives legatum Patris Adami.
Et manibus teneris puer ipse iuvare parentem,
Vt mirere magis, terra crepitante, solebat:
Fabrilibusque placet præ cunctis artibus vna,
Scilicet hic aderant forceps, tum ligna, terebræ,
Malleus, asciolæ, crucis instrumenta, dolabræ,
Gaudet & à primis annis proludere letho.
Officijs sponsi Virgo devincta ministrat,
Condit ipsa cibos tenues, dulcemque saporem
Condimenta dabat, epulis quibus inclytus heros
Vescitur assidue, puerumque iubebat amatum
Appositis vesci dapibus, quas temperat alma
Delitijs mater, cælique aspergit odore.

98 VITA SANCTI IOSEPH.

Aligerumque choors magnæ tunc æmula laudis
 Hactenus humanos insueta subire labores,
 Adiuvat exercens artis documenta fabrilis:
 Quisque videbatur sub tanto tyro magistro,
 Hic alacer ferram, velox dabat ille securim,
 Prætulit asciolum manibus non segnior alter;
 Alter linteolo sudorem tergere vultus
 Regalis mavult, operum pars altera ligna
 Impigra portabat, cunctique assumere partem
 Certabant operis, quo vitæ victitat autor.
 Altera pars cætus sacrum pæana canebat,
 Argutumque melos divi cecinere canori,
 Sic operam fallit vocum discordia concors,
 Et labor artificis minor est modulamine dulci.
 Ergo pius Ioseph felices transigit annos,
 Et pueri visu divi non invidet vllis,
 At gravis eventus cordis mentisque quietem
 Abstulit, atque dolor penetravit ad intima durus
 Virginis & Ioseph: possunt si carmina nostra
 Dicere: Sol cæli lustraverat aureus astra

Bis

Bis sex, divinus postquam susceperat auras
Mortales Dominus, Solymorum scandere tem-
plum

Virgo, puer, Ioseph soliti, quo tempore panis
Azymus Hebræis, memorabile pascha, diebus
Septenis aderat, sic nempe volumine Mosis
Legiferi scriptum, legis de more peractis
Ritibus ad proprias statuunt se vertere sedes;
Vrbis in egressu dilectus vtrique parenti
Occulitur Iesus oculis substractus eorum.
Mater adoratum puerum non novit abesse,
Nec pater absentem Ioseph latuisse putavit:
Mos erat hisce vijs, vt fœmina virque seorsim
Ingrediantur iter, sexus discrimine facto,
At pueri patrum, vel matrum cœtibus ibant,
Hoc etenim fieri teneros non dedecet annos.
Sanctus vterque parens erroris imagine ductus
Alter in alterius comitatu credidit esse
Luce magis pulchrum, charum super omnia
Iesum.

100 VITA SANCTI IOSEPH:

Agmine quisque suo tendens venere diei
 Sic iter vnus, donec, mergente sub vndis
 Solis equos Phœbo, quærunt consortia cuncti
 Nota prius, puerum desiderat illico mæsta
 Mater, & alternus sero cognoscitur error.
 Obstupuit Ioseph, stupuit dulcissima Virgo
 Absentis nati nimio transfixa dolore,
 Conversique tenent oculos atque ora silentes,
 Ignavumque dolens ultro se incusat vterque,
 Perdiderit tantum quod iners incuria pignus,
 Scilicet alta fugæ fuerat non cognita finis.
 Ut primum fari potuit sic Virgo locuta:
 Chare vir amisso tam dulci pignore cordis
 Nulla quies animo dabitur, ni protinus ipsa
 Quæsierim natum, quo deficiente nequibo
 Vivere, nec capiet vitales halitus auras,
 Hei nobis cæli clara sine luce relictis!
 Tum Ioseph tristi confixus vulnere lugens
 Solari mæstam potuisset quomodo matrem?
 Haud mora, festinant obscuræ noctis in vmbra,
Cog-

Cognatos inter puerum notosque requirunt,
Ast illi natum sese vidisse negantes
Tristitiæ luctusque dabant accrescere causam:
Tunc pia mater amans querulas ad sidera voces
Mittit, & angelicis Virgo gemebunda ministris
Talia voce refert: Si vos vidistis amici
Dilectum, nec enim nostri mæroris acerbi
Causa latet, lacrymæ possunt si forte movere,
Dicite, finis cum teneat licet vltimus orbis,
Longinquas terras alio sub Sole requiram.
Dilectus noster toto licet orbe pererret
Quæretur toto noster dilectus in orbe.
At licet aligeri vellent solamina matris,
Attamen excelsi regis decreta filebant,
Hinc dolor augetur, cordis suspiria crescunt;
Pluraque virginea volvebat mente Maria.
Herodis diri si patris filius iræ
Nunc imitator adest, retinebunt vincula forsan
Dulce meum, cælique decus, pia pectore Virgo

102 VITA SANCTI IOSEPH.

Versabat, partesque animum rapiebat in omnes.
 Venerat in mentem magni si nempe futuri
 Luciferi vellet deserta Ioannis adire,
 Aut latitare velit miro natalis in antro:
 Forsitán, aiebat, raptus per nubila pennis
 Præpetibus Iesús voluit se credere cælo,
 Inde reversurus, fineret si quando reverti
 Patris amor dulci materno victus amore.
 Absentem lacrymans natū quãdoque vocabat,
 Nate bonum matris, cordis qui sola voluptas,
 Gloria, lux oculis aderas, quo tendere possim?
 Aut vbi terrarum te, fili perditæ, quæram?
 Te sine vitâ nequit dudum remanere superstes,
 Ne puer aspectu fugiens te substrahe nostro:
 Heu fugitive redi, mæstæ miserere parentis,
 Quam relevare potest solum præsentia nati.
 Amissa veluti dilecta compare turtur
 Noctædieque dolens dulces suspirat amores,
 Ingeminatque gaves erepta coniuge curas,
 Nec gemere acria desistit ab arbore tristic:

Tales ore dabat Virgo tristissima fletus:
Ad Solymas igitur Ioseph tum Virgo reversi
Signa notasque viæ diversas quisque requirit,
Urget amor, stimulis agitabat zelus amantes.
Huc illuc Ioseph discurrit, anhelitus oris
Deficit, & raucis defessus fletibus implet
Aera: cur pateris roseos abscondere vultus
Sancte puer nobis tantis occulte diebus?
Qua ratione vales, oculis qui conspicias ista,
Deservisse tui tristem sine lumine matrem?
Delituisse feres tam Sancta matre relicta?
Si mea te nostro comitatu culpa fugavit
Criminis infontem puram sine labe Mariam
Tangere pæna potest, fuerit nec libera saltem
Illa dolore truci minimo sine crimine vivens?
Me quoque, si culpam commisi, pænitet, oro
Sis memor annorum sudor quibus oris alebat,
Sis memor Ægyptum tecum peragrasse libenter;
Cum natus terris me te vidisse, memento,
Immeritum fateor, paleis, fenoque iacentem:

104 VITA SANCTI IOSEPH

Brachiate quoties sublimem nostra tulerunt?
 Oscula quot sumpsi pendentis ab ybere matris?
 Quis modo nate tibi tribuet lectūque cibūque,
 Excipietque vagum tectis, lassumve fovebit?
 Iam meminisse potes matris te viscere clausum
 Nullius hospitio brumali nocte receptum.
 Anxia mens agitur dubitans vbi quærere detur
 Auctorem vitæ, quo nunc absente peribit
 Nostra quidem toties diris agitata procellis.
 Ergo ne perpetuis curis exercitus ibo
 Sollicitus semper? Felix tamen exitus olim
 Plus dedit angelico monitu quā mente ferebā.
 O vos cælicolæ, gemitus si flectere divos
 Angelicos possunt, absentem reddite natum
 Reddite dilectum, puero nil triste reperto.
 Sic lacrymans Ioseph Solymas pervenit, & illi
 Tristes ore ciens singultus obvia Virgo
 Prodiit, atque genas lacrymis, vultūq̄ rigabat.
 Urbis per vicos, quærit per compita Iesum,
 Adiuratque pias Solymorum Virgo puellas,

Si

Si vos dilectum natum vidistis amicæ
 Significate precor, nam flammis vror amoris.
 At ille fantur, nobis edisere signa
 Dilecti, nec enim quæ fers incendia solum
 Nosse dabunt puerū: tum virgo, parcite, reffert,
 Unicus ille meus camporum lilia vincit,
 Et candore nives, noster rubicundus vt aurum
 Est puer electus solus de millibus vnus:
 Fæmina tum matri iugenti nobilis, inquit,
 Pulcher, inopsque puer, similem cui non tulit
 ævum,

Egregium forma placida, vultuque decoro,
 Cuius ego teneros annos miserata ferebar,
 Mendicabat heri supplex, precibusque rogabat,
 Quæque solent inopi cū munera parva dedisse,
 Corde meo cæli flagrabat dulciter ignis.
 Hæc eadem matri multi dixere dolenti:
 Pauperibusque domos signatas Virgo profecta
 Quærit ab infirmis an pulcher viserit ipsos
 Divinusque puer miserorum grandis amator.

Olli,

106 VITA SANCTI IOSEPH:

Olli, mirificus puer, aiunt, pulchrior astris
 Sidereis oculis, & maiestate benigna
 Visere dignatus mileros munuscula primum
 Donavit, lacrymis quæ mendicauerat ipse,
 Insuper & verbis morborum dulcibus oris
 Vim tulit, auxilio nobis solatia præstans.
 His ita virgineis perceptis auribus, inquit
 Mater amans, Iesus magni Sacraia templi
 Ire Dei proprias veluti decreverit ædes.
 Hæc ita cælestes voluenti corde ministri
 Fantur, adi templi Salomonis limina celsi,
 Jam prope lumen adest, lucem natūque videbis,
 Exanimis Ioseph, cuius ni vita favore
 Afforet excelso prorsus servata periret,
 Obvius advenit sponsæ penetralia sacra
 Tendenti, cuius conspectu lætior ipsa
 Acceleremus, ait, nam cordis gaudia nostri
 Nō procul esse reor, templum subeuntibus ipsis,
 Ecce puer legis doctos apparuit inter,
 Et veterum verbis volvens oracula vatum

Ad

Advenisse Deum manifesta luce docebat.
Obstupuere viri, convicti quippe flebant,
Non tamen agnoscunt lucem, cæci que resistunt.
Lætitiâ matris verbis quis dicere possit?
Gaudia quis magni Ioseph celebrare valebit?
Tum pia virgineo mater sic ore locuta.
Nate quid egisti nobis? Te namque dolentes
Tristis ego, tristisque pater quæsimus ambo.
Tum Iesus, quid enim me quærebatis, ad illos
Alloquitur, Patris summis assistere rebus
Par erat æterni: tamen hæc latuere parentes.
Descendensque puer Iesus cum patribus, urbem
Nazareth advenit, nobisque exempla daturus
Ipse Deo genitus remanebat subditus illis.
Istaque verba suo meditatur corde Maria.
Floruit iste puer sapiens, & gratia secum,
Gratus apud cunctos meritis hominesque
Deumque.

108 VITA SANCTI IOSEPH
LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM

Incidit in morbum Ioseph, lassoque senecta
Astitit ipse Deus, Virgo cui magna ministrat.
In manibus Iesv vitam finivit alumni:
Et sedes animus subiit cum corpore claras.

Corporis assiduis animique laboribus æger
Magnanimus Ioseph curis confectus & annis,
Viribus invalidus nequit exercere fabrilis
Artis opus solitum tardus gravitate senili,
Cui simul ac Virgo robur languescere vidit,
Talia voce refert: Hominum fidissime Ioseph,
Chare vir, & vitæ custos castissime nostræ.
Jam labor assiduus quo me natumque aluisti,
Debilitat vires priscas, minuitque vigorem:

De-

Deprecor vt cessent operum molimina tandem;
Et defessa gravi desistant membra labore:
Ergo tuę requies debetur blanda senectæ:
His alimenta tibi manibus, natoque lucrabor,
Emeritoque viro sit fas acquirere victum.
Hæc humilis Ioseph lacrymis audivit obortis,
Fervidus insistens, operę permitte vacare,
O Virgo, solitæ, nec me labor iste fatigat
Pro te susceptus, pro tanto nomine dulcis
Visa mihi potius, quæcumque molestia venit.
Sed precibus victus prorsus cessavit ab omni
Tunc opera manuum, studij simul omnia fabri
Instrumenta libens donat generosus egenis,
Nequid inutiliter Divum domus illa teneret.
Liber ab externis animo mysteria lustrat,
Quæ velut ipsius fidei commissa tenebat,
Et mirabilium divini conscia Verbi
Mens superat cæli maiorum culmina Divum.
Felicis Ioseph quænam facundia laudes
Explicit? Vt Virgo dominatrix inclyta rerum

110 VITA SANCTI IOSEPH:

Astitit infirmo, quem multum grata levabat.
 Ut iuvenis pariter Iesvs servire iacenti
 Officiosus adest, & patri proximus hæret.
 Dicere quis valeat cordis quos optimus heros
 Edidit affectus pro tanto munere gratus?
 Hæc erat angelicis divis res digna videri,
 Ipsorumque oculis valde mirabile visu:
 Et Deus arrisit cælis gaudis ab altis.
 Æger erat Ioseph Domino gratissimus vnus
 In cunctis natis hominum, supremaque vitæ
 Tempora virtutum meritis auxere coronam.
 Præsertimque viri constans patientia Sancti
 Perstabat medios inter tranquilla dolores:
 Febribus ardebant diris fervoribus artus,
 Corporis & stimuli pungunt compagibus acres,
 Et caput assidue vehemens dolor vrget acutus.
 Debilibus membris tot morbis, altera passus
 Est animo graviora, licet dulcissima cordi:
 Præstitit altus amor, quo Sanctū numen adorans
 Prosequitur Ioseph, patiendi crescere causas:

Sic erat eius amor, quo purus Spiritus ardet,
Vt mens interdum celeri super æthera cursu
Corporis abs dubio rupisset rapta catenas,
Ni Deus omnipotens alta virtute faveret.
Dulcis amatori rapuit violentia vires
Corporeas, adeo meritorum culmen adeptus
Iste vir effectis patitur quos ipse dolorum,
Et gravis in causa prima dolor vndè resultat:
Interiora viri Virgo cognoverat alma,
Miraque virtutum delectat copia iusti:
Aspicit angelicum candorem pectore puro,
Veraque simplicitas animæ rarissima virtus
Visa fuit prudens, mitis, similisque columbæ:
Miraturque virum quæ lethifer vndique morbus
Vexabat nimium, pænis crudelibus atris
Afflictum, querulum suspiria nulla cientem,
Omnia magnanimi Ioseph tolerantia suffert,
Quæ cum virgineæ menti bene nota fuissent,
Digna que pensaret meritorum pondera Virgo,
Sic venerabatur, tantoque colebat honore

112 VITA SANCTI IOSEPH.

Optima sponsa virum, quam sit narrabile linguis
 Seraphicis, adeo magni excellentia Ioseph
 Præstitit, & tantum virtus supereminet eius
 Iudice virtutum præcellsa mente magistræ.
 Insuper infirmum Virgo charissima miris
 Delitijs refovet, sævos lenitque dolores,
 Atque cibos tali virtute saporeque miscet,
 Ut miratus edens aliquando diceret æger,
 Nescio quæ præter solum dulcedo ciborum
 Vivida restaurat vires, mulcetque palatum
 Interius referens animo nova iubila nostro.
 Et genibus flexis victum regina ministrat,
 Et sibi iucundo famulatur Virgo labore,
 Dulce ministerium ducens servire marito
 Languenti, torpent toto cui corpore vires.
 His comes officijs non dedignatur Iesus
 Sanctus adesse pijs verbisque levare parentem
 Dulcibus, & mire Sanctum relevantibus ægrum.
 Æger in orbe fuit nullus felicior isto,
 Cui Deus inservit, cuius gerit optima curam

Mater, & interdum gradiens innixus vtrique
Ibat, & invalidos virtus divina lacertos
Sustinet amborum, gerulis infirmus egebat
Talibus, ast aliter caderet sine robore vita.
Nec satis officijs Virgo contenta precatur
Ut Dominus morbos sponso removeret ab almo
Ipsa pati cupiens, illique levamina multa
Sollicitans, Sancto pectus sic vritur igne.
Causaturque viri virtutem, corque secundum
Cor Domini rectum, simplex, & purius auro,
Interdum regina potens cessare iubebat
Sevitiam morbi diram, causasque malorum,
Et mala diffugiunt Dominae reuerentia nutum.
Nunc rogat angelicos divos, vt cantibus ægro
Melifluis lenire velint fastidia morbi,
Nec mora, visibiles apparent vndique divi,
Hic chelyn, hic citharam digitis pulsare sonorā
Incipit, ille lyræ vocales tangere nervos
Duxerat auratæ, curarum dulce levamen.
Vocibus adversis concors concentus ad aures

H

Peri

114 VITA SANCTI IOSEPH.

Personat, auditum recreans dulcedine mira:
His mens infirmi divino flagrat amore,
Et rapitur supra cælestes Spiritus oras:
Elevat aligerum sic blanda melodia divum;
Non ignarus erat præcelse Virginis esse
Ista pius Ioseph recipit quæ cælica dona,
Gnarus apud Dominum quantum prece Virgo
valeret.

Et dignas cupiens sponsæ tum reddere grates,
Officijs, ô Virgo tuis quæcumque minora
Verba manet, inquit, tua mēs sibi conscia recti,
Et pater omnipotēs referent tibi præmia digna
Tu mihi concilias Iesum, mysteria nosse
Efficis alta Dei, per te bona cuncta fatebor
Advenisse mihi, per te maiora recepi
Munera, quam meritis essent æqualia nostris;
Tu mihi cum iaceo vitæ medicina salusque
Dulcis ades, quid enim conspectu dulcius oris,
Virgo, tui, cæli quæ præfers ore decorem?
Tu mihi cælestes epulas victumque ministras,
Nec

Nec satis angelicos animum recreare canores
Sollicitas divos, Domini qui cantica laudis
Ingeminant, dulcique canunt celestia cantu.
Denique quidquid habet cæli præstantius aula;
Scilicet humana latitans sub imagine Verbum,
Aspexisse meis oculis mihi contigit vni,
Per te virginea iam dudum prole fruente.
His Virgo sponsi verbis accensa rigabat
Ora pijs lacrymis, quas vis effudit amoris.
Nec pia desistit solitis incumbere rebus,
Nocte dieque viri thalamo vicina manebat
Chara Dei genitrix, & lecto languida membra
Auxilio divum componit sedula Virgo,
Et pariter Iesus semper comes additus hæret.
Et iam felicitis properabat funeris hora,
Filaque terribiles peragebant vltima Parce,
Atque diem noscens obitus instare supremum
Virgo sui Ioseph Iesum sic ore locuta.
Nate Patris summi qui proles vnica mentis,
Humani generis lumen, mundiue redemptor;

116 VITA SANCTI IOSEPH:

Ecce pius Ioseph moritur, lucemque relinquit,
Finis adest nostri dilecti debitus annis,
Et iam vitales moriturus deserit auras.
Sit precor istius iusti pretiosa benignis
Mors oculis Domini, placidaque in morte
quiescat.

Et cum celorum reſerari limina clauſa
Iuſeris, excelſum Ioseph ſuper aſtra locabis.
Annuit omnipotens Ieſus, grataſque parentis
Aſſerit eſſe preces, & firmas iuſit haberi:
Inſuper Auguſto roſeoque hæc addidit ore.
Nunc adero noſtri genitoris munus habenti,
Et pacem conferre viro mihi certa voluntas,
Et ſedes animam miris fulgoribus imas
Ire, patrumque choris vicina ſigna ſalutis
Mittere, Luciferi cernent inſignia Patres.
Et cum Principibus cæli ſublimibus olim
Sedibus aſpicias ingenti lumine ſeptum
Dilectum nobis, ſic ſtat ſententia noſtra.
Tunc humilis Ioseph precibus lacrymiſque ro-
gabat, Vt

Ut sibi Virgo pijs manibus benedicere veller,
 Et benedixit ei primo benedicta Maria:
 Adstantis pariter Iesv benedictio Sancta
 Fausta iubens animo moribundi gaudia misit:
 Et iam languentis solvuntur frigore membra,
 Oreque posterior tenuis vix halitus errat:
 Plorabat Iesvs, lacrymisque rigabat obortis
 Ora genasque pias, Virgo mestissima luget.
 Conspicit hos Ioseph, loquiturque novissima
 verba.

Gentibus in cunctis veniet laudabile nomen
 Virgo tuum, celi que canent mirabile semper:
 Te Deus electam puram sine labe creavit,
 Te laudent homines, caelestia lumina laudent,
 Caelituumque cohors, divumque exercitus
 omnis.

Spero tuo aspectu celi regione potiri,
 Luceque mirifica, cum supra sidera & astra
 Collocet omnipotens caelorum culmine celsa.
 Protinus ad Iesum moribundus vertitur æger,

118 VITA SANCTI IOSEPH.

Infirmumque suis Dominus suscepit in vlnis,
Innixusque Deo tremulo sic ore locutus.
Me tua non meritū voluit veneranda voluntas
Virginæ matris sponsum comitemque fuisse,
Indignusque diu tam grandi munere vixi.
Da pie criminibus veniam, noxasque remitte,
Extremum hoc oro donum miserere parentis,
Aspiresque mihi placidus dulcissime Iesv.
Olli tum Iesvs, cęlestis gratia, Patris
Sit tibi chare parens, nostri matrisque fidelis
Et comes & custos, Sanctis modo nuncius esto
Patribus adventum referens, propiusque salutem.
Hęc dicente Deo, Iesvque amplexibus hærens
Vir melior mundi, cunctis & Sanctior vnus
Noster obit Ioseph, placidaque in morte
quievit:
Claraque adhuc Iesvs defuncti lumina clausit;
Corpus aromaticos suaves efflavit odores,
Implevitque domum cęli fragrantia mira,

Et

Et iubar est visum corpus circumdare castum
Lucidius Phæbi radijs, & cælicus ordo
Carminibus cecinit magni præconia Ioseph.
Virgo dolore pios humectat flumine vultus,
Et super exanimum corpus deflebat amare.
Angelicaque opera positum de more feretro;
Cognatis notisque pijs, cum Virgine Iesv
Funeream pompam media stipantibus vrbe
Conditur egregium monumētis corpus auitis;
Ast anima innocuas sedes fulgentior astris
Cælituum comitata choris descendit ad imas.
Quam simul ac Dominus devicta morte trium-
phans
Ascendit cælos, iterum cum corpore iunctam
Detulit, & secum sublimem vertice montis
Collocat æterni, nec finem sæcla videbunt.
Reddidit ista Deus meritorum præmia iusto.

Ponimus hic finem, teneat nūc anchora navim,
Defesseque ratis clavum vertamus ad oram.
Magne Pater nostris audacibus annue cæptis,
In magnis voluisse fatis, nil possumus ultra.
Si vetus imperium patris, si prisca potestas
Durat adhuc regnis claræ regionis Olympi,
Si Deus, ut quondam, gaudet tibi subditus esse,
Te caput, atque virum si regia Virgo fatetur,
Parebunt monitis, fient quæcumque iubebis:
Imperijs, Ioseph, commissis utitor amplis,
Ut ere, & hispanis lassatis consule rebus,
Consule reginæ, quæ sit fæcunda parensque:
Multiplici felix, qualis Berecynthia, prole
Reginas pariat, reginarumque maritos.
Austriacūque iube Carolum regnare per annos
Innumeros, fidei firmam fidamque columnam.
Præcipe Catholici fulgere Sionis in arce
Hostibus evictis regis rutilantia signa.

F I N I S.

Sub correctione Matris Ecclesiæ.

I E S V S:

Iesus laudandum nomen venerabile christi
ipse tuo mundas qui sanguine crimina plEbis
optime Salvator generis qui vita Salusque
morte tua Vitam mira dVlcedine reffers
qui moriens calos reSeras & limina pandis
lux hominũ Virtus, legis qVi maximus autor
quiq̃ subiS nostros miseratus Sponte labores
tu dEderas lumen, demẽs sequor ipse tenEbras
Iam miserere pius, veniat tua gratia menti

24237

I have the honor to acknowledge the receipt of your letter of the 10th inst. in relation to the matter of the estate of the late John Smith deceased. The same has been forwarded to the proper authorities for their consideration. I am, Sir, very respectfully,
Your obedient servant,
J. B. Smith

MARIA;

Mirificum nomen! laudabunt omnia magnuM
cordA piūque ferent, hominū quod et ora sonAbūt
stella maRis splendes celi fulgoRe corusca
lucida plus astris calos et sidera vincens,
tu regina potens mAter fecunda pudica,
partus & integrItas discordia munera semper
ista tuo gRemio miserunt fædeRa pacis
culpA procul fugit quando conceptA fuisti
Monstra te nobis, ò Virgo pijssima, matreM

IOSEPH,

Imperium subijſſe tuum patris vnica magni
de fauor auditus qui nullo tempore, proles
in terris voluit, ſimilem non orbis habebit
ſubditus ipſe tibi fuerat patrēque vocabat
celicus ore Puer, cui Parent fidera cali:
non fuit in cunctis Hominum te ſanctior alter
congruit ut ſponſum Præceſſæ virginis eſſe
angelicos ſuperas diuos, tu cernere primus
es meritum dominum natum ſub nocte ſilenti,
cuſt Os ipſius celebrabere ſolis ab Ortu,
Inclute diuinę Ieſu comes addite matri

270

314

584

400

400

200

200

200

49

200

420

1600

2200

1700

Sum

5.

45

246

5.417